





R  
394



PROGNOSTIC

ANNO MDCCLXXVI

7  
E.S.



PROGNOSTIC

LIBRERIA  
M. D. XXXVI.

Alonso Gutierrez  
Alonso Gutierrez  
Alonso Gutierrez





# PROGNOSTI

CON FUTURI SAECULI,

à sancto Iuliano, Episcopo Toletano, ante annos DCC. scriptum, in Hispanijs.

19255

TRES HABET LIBROS.

- I. De morte & transitu ex hoc saeculo.
- II. De receptaculis animarum post mortem.
- III. De resurrectione mortuorum, & Extremo iudicio.

I. C.

Armis, ingenijs, uirtute Hispania pollet.  
Cui Imperij Rector Rex modo ibiq; ualet.

LIPSIÆ, = *l. al fine del libro*

M. D. XXXVI.

*Octum sine litore mors est, uivi hominis sepultura, Seneca*

*es. de Const. Qu. ans.*

*Sebas Francisco Molecus Cuius Fas  
s. argenteis. §*



REVERENDISSIMO IN CHRIS-  
to Patri ac Dño, dño SIGISMUNDO à Linde-  
nav, Episcopo, Merseburgensi, Domino suo  
Gratioso, ac Patrono indulgentiss,  
Ioannes Cochleus,  
S. P. D.



Am pridem congratulari, foelixq; auspiciū  
Pontificatui tuo Reverendissime Presul, publi-  
ce precari debuissē per opusculū aliquod an-  
tiquæ pietatis, quę nunc per varias sectas mise-  
re atq; indigne tiexatur, frustra q; oppugnatur, fateor equi-  
dem, ac debitorē esse me nego minime. Benignitatem em̄  
tuam nunq; sensi mihi clausam Nec defuit mihi gratifi-  
candi uoluntas, defuit operandi facultas. Cum autem inci-  
dissem nuper in hunc ueterem catholicę ueritatis asserto-  
rem. Archiepm̄ quondam Toleranum, Diuum IULIA-  
NVM, quem in uetusto q̄dam codice scriptū repperi, in  
ampla illa & copiosa Bibliotheca ueteris Celle, quę celeberrimum  
est totius Misniae monasterium, mox mihi in men-  
tem uenit, hūc idoneum fore testē, quo meā erga R. D. T.  
obseruantia publice attestarer. Protinus igitur rogare coe-  
pi Abbatem illius Cœnobij, Reverendum Patrem ac Do-  
minū, PAULVM Annicolam, uirū sane & uitæ inte-  
gritate & sacrarum literarū eruditione spectatissimum, ut  
eiusce libri excubendi copiam mihi faceret. Qñquidem  
multa complectitur, quibus multi nouarum sectarum erro-  
res refelli queant, ij presertim, quos de mortuorum sepultu-  
ris, exequijsq;, & de animarum statu post mortē ac de pur-  
gatorio igne, barbaricis contumelijs & abnegationibus in  
simplicem plebem dispergunt. Cum itaq; Abbas ille ma-  
gno sp̄ ardeat zelo asserēde cōtra hereticos catholicę fidei,  
adeo, ut non piguerit eū uel cōtra superbissimū atq; amaru-  
lentissimū sectarū ducē, de purgatorio, de uotis, de sacramē-  
tis, de ritibus ecclesię alijsq; id genus rebus & scitu neces-  
sarijs,



sarijs, & in Catholica Ecclesia semper creditis ac obseruatis,  
opuscula pleracq; scribere atq; in lucem dare: facile prebit  
petitioni meæ assensum. Tuam igitur R. D. suppliciter oro  
Ornatissime p̄sul, ut hunc autorem antiquum, tui ordinis  
tuęq; dignitatis consortem, benigno suscipias animo, do-  
nec grandius opus aliquod contingat. Quod si hactenus  
nomen huius autoris satis celebre apud nos non fuit, tem-  
porum iniuriæ potius q̄ autoris merito imputari debet.  
Quod em̄ enumerat uel unus Ioannes Tritemius ueteres  
autores, quorum plurima & luce dignissima literarū ac pię  
eruditionis monumenta, uel omnino deperdita sunt, uel in  
ter blattas situ obsita latent. Quanq; uero & huius autoris  
mentionem facit, suspicor tñ eum hoc opus eius (licet id  
commemoret) non uidisse, aut saltem non perlegisse, alio-  
qui tam incaute non scripsisset, autorem hunc Martiani  
Imperatoris tēporibus floruisse. Facile em̄ cognouisset ex  
huius opusculi libri secundo, non ita se habere. Quñqui-  
dem autor iste allegat aliquoties Diuum Gregoriū in Dia-  
logis ad Petrū, quos ille non sub Martiano, sed longe post  
sub Mauritio Imp. scripsit. Hoc autē non reprehendi Tri-  
temij ( cuius operi preclaro multā, ut debeo, gratiā habeo )  
sed admonēdi lectoris gratia scripserim, ne forte putet, aliū  
fuisse Gregoriū quem autor iste citat. Quod certe neces-  
sarium foret, si sub Marciano Imp. floruisset. Reliquum est  
ut R. D. T. serena (precor) fronte suscipiat, ac benigno pro-  
sequatur fauore, hunc antiquę pietatis uirum contra odio-  
sa & in fausta nomina infamium ac impiorum hominum  
Iuliani Imp Apostatę, in quem scripsit S. Cyrillus Alexan-  
drinus, & Iuliani hæretici, propugnatores Pelagij, in quem  
scripsit D. Augustinus. Nihil tale sinistre suspicandum est  
de hoc pio & per om̄ia Catholico scriptore, fidelissimo Au-  
gustini imitatore ac præcone. Bene ualeat amplitudo tua  
Domine Reuerendiss. mihiq; perpetuo memorande. Ex  
Misnia ciuitate. Quarto nonas Ianuarij. Anno Domini.

M, D, XXXVI.

Ioannes



IOANNES TRITEMIVS,  
De Scriptoribus Eccles.

prospere/  
non ad  
hunc Ju-  
lianum/  
sed ad al-  
um hoc  
antiqui-  
orem scri-  
psit.



**S**ilianus Episcopus Ecclesie Toletanae Hispaniarum, natione Maurus, ad quem sanctus Prosper tres libros de contemplatione scripsisse dicitur. Vir in diuinis scripturis ualde eruditus, & secularibus doctrinis sufficienter instructus. Eloquio scholasticus, sensu apertus. Scripsit multa insignia uolumina, de quibus referuntur subiecta,

De sancta Virginitate,	Liber I.
De resurrectione quaestionum,	Lib. I.
Prognosticon futuri saeculi,	Lib. III.
De uitijs & uirtutibus,	Lib. I.
De natura animae,	Lib. VIII.
De contemptu mundi,	Lib. I.
Epistolarum ad diuersos,	Lib. I.

Alia quoque nonnulla composuisse dicitur, quae ad noticiam meam non uenerunt. Claruit sub Martiano Imperatore Anno Domini, CCCCL.

Incipit Prolo-



# INCIPIIT PRO

LOGVS SANCTI IVLIANI EPI

scopi in librum Prognosticorum.

Sanctissimo ac prę cęteris familiarissimo mihi domino Idao  
lio, Barcilonensis sedis Episcopus, Iulianus indi  
gnus Toleranę sedis Episcopus S.



lem illum clara redemptoris omnium ex  
ceptione conspicuum, quem presentī an  
no pariter in urbe regia positi passionis  
dominicę festum festiui cordium ardo  
re suscepimus, quis recolēdo dignis que  
at explicare affatibus? Illud tunc actum  
est, ut congrua tantę festiuitatis silentia expetentes, remo  
torem secreti locum intraremus. Illic passionis diuinę com  
pluendi imbribus, discretis ambo stratibus lectulorum ex  
cipimur, ubi dum æternę lucis speculo communius tange  
remur, sacra lectio in manibus sumpta est. Quam auide  
scrutantes, lectum est in diuturno silentio, dominicę tunc  
passionis secreta, congelstis Euangeliorum concordijs scri  
tabamur. At ubi uentum est ad quendam lectionis deside  
rabilem locum, quem nunc recondari non ualeo, concuti  
mur, gemimus, suspiramus. Sublime quoddam iubilū in no  
stris mentibus nascitur, & subito in quandam contemplan  
tionis arcem pertrahimur. Obortę lachrymę conatum lecti  
onis auertunt, cōmunis mœror reijcit librum, & solius mus  
tuz collationis fœcundari munere opperitur. Quis ibi diui  
nus sapor nostros nostrum animos attigerit, quę supernę  
charitatis dulcedo mentibus mortalium se illapsa diffude  
rit, quis unq̄ aut dicere scriptis, aut relatu condignę uocis  
sufficiat explicare? Eras enim tunc (fateor mi domine &  
confrater sanctissime) podagrici doloris contortionibus, ta  
bidus, sed multo ampli⁹ spe diuinę contēplationis erectus.

A 3 Credo

*Excelsus  
ad contē  
plandū  
in festo  
dominicę  
passiōis.*

*Dulcis  
mœror in  
contēpla  
tione.*



PROLOGVS.

Mirus sermo in  
contemplatione  
psal. 132.

Occasio  
pro libro  
scribendo  
data.

Credo quod omnis tibi tunc corporei cruciatus dolor fugerit, cum diuinum illud inter nos coepit colloquium agitari. Vbi tunc plenissime sensi, quod bonum sit atque iucundum, habitare fratres in unum quando illud unguentum sancti spiritus, quod a deo capite nostro in oram uestimenti eius (quae nos forsitan tunc oramus) descenderat, magnae necessariaeque perquisitionis nos accensione lustrabat. His igitur ferculorum dapibus inuitati, coepimus inter nos quaerere, quomodo se haberent animae defunctorum ante illam corporum ultimam resurrectionem, sicque colloquutione tua nosceremus, quid futuri post hanc uitam essemus, ut uiuaciter & ueraciter de hoc negotio cogitantes, tanto certius praesentia fugeremus, quanto futura perscrutantes nosceremus auidius. Orte ergo ex hoc negotio quaestiuiculae quaedam sunt, quae diuersitate sui non leuiter nostros animos attigerunt: sed de his optimam solutionem uel diffinitionem sensus breuitate non ualentes colligere, erectus est noster pariter animus, ut quicquid nobis de hac re in quaestione uenisset, stilo percurrente annotari deberet, sicque quicquid ex hoc ipso respondendum ratio posceret, quid uel catholico rum magistrorum sensu diffinitum existeret, memoria nobis sacrae lectionis exprimeret, nec librorum tunc reuolutoe continua, sed uitae uocis id ageretur & recordationis industria. Tunc ergo (ni fallor) urgentibus uobis, accito notario, capitula de praemissis quaestiuiculis eodem die in praesentia uestri, quanta potui breuitate collegi. Sed in diuinis rebus impatiens (ut assolet) tuae sanctitudinis animus, tenuitatis meae uires suauissimo familiaritatis imperio coegit, & indiuiduae societatis praeepto constrinxit, ut haec ipsa, quae superius in questionem uenerant, & quae digesta titulorum uobis iam formatione placebant, mox ut datum mihi diuinitus otium persensissem, uno tota & breui uolumine compilanda congererem, & quid ex hoc maiorum autoritas senserit, appositis eorum sententijs demonstrarem, ut iam in perquisi

in perquisi



PROLOGVS.

In perquisitione talium quaestionum, numerositas librorum querenti animae laboriosa non esset, sed multiplicem lectoris sitim haec collecta breuitas faceret. Insuper quoque diffinitū à nobis est alternae charitatis cōmertio, ut de ultima resurrectione corporum, quantae possent causae uel quaestiu- culae memoriae nostrae se recolendo ingerere, simili titulorum stilo renotare curarē. Extra duos igitur libros, illud quoque socio mœstificati cordis fieri affectu censuimus, ut his duobus praecedentibus libellis, primus liber conderetur de huius corporis morte, quae titulorum simili distinctione confirmatus praecederet, & legentis animum immoderato mortis metu perterritum, spe caelestium erigeret gaudiorum, sicque post dispositionem uel receptionem corporis huius, quis & quātus sit sanctis animabus aeternae beatitudinis fructus, sequentium librorum haberetur renotatione expressum. Haec ergo toto illo tunc desiderabili die acta uel diffinita mecum ipse cognoscis. At nō quia bellica profectio gloriosi principis ab urbe regia turbulentos cuneos populorum profecturos secum abegit, quod credo actum esse ut salum mentis nostrae post ruinas uel turbines placidis aurarum flatibus inciperet serenari, & tui praeccepti & mei promissi recordari me contigit. Egi ergo, & si non ut debui, saltem ut potui quae promissi, primum librū de origine humanae mortis, secundum quomodo se animae defunctorum añ resurrectionem corporum habeant, tertium de ipsa resurrectione futura conformans. Quod totum sub uno uolumine in tribus libris fore constituens, hoc principaliter huic libro uocabulum dedimus, ut ex meliori & maiori parte prognosticon futuri saeculi appellaretur, in quo tum non mea, sed maiorum exempla doctrinamque reperies. Et tamē si alibi parū aliquid uox mea insonuit, non aliud quam quod in eorum libris legisse me memini proprio stilo conscripsi. Sed & ibi si qua forsitan aliter quam dicenda sunt, dixi, aut aliter quam formāda erant temerator apposui, charitas

(quae

Reges  
Disigo &  
chorum  
tūc in Et  
spanis  
regnao  
bant.

Regumē  
tūc tūm  
librorū.

Prognos-  
ticon fut-  
turi seculi  
li.



PROLOGVS.

(quæ omnia suffert & tollerat) cōfidenti mihi ignoscat, idq̄  
 apud animos tuæ sanctitatis obtineat, ut quod imbeci-  
 litatis nostræ sensus minus docte formauit prudentiæ tuæ  
 supplementum corrigat, elucidet, & exornet, atq̄ hoc præ-  
 ceteris à domino obtentu precis obtineat, ut quicquid in  
 hoc opere male cautus forsitan delictorum contraxi, abo-  
 lere iubeat commercium illud p̄j sanguinis domini nostri  
 Iesu Christi & saluatoris nostri. Hoc igitur opus non ad  
 hoc tantum formare mihi perplacuit, ut quasi in cognita les-  
 gentibus demonstrarem, cum multos non dubitem harū  
 rerum scientiam multiplicium librorum uoluminibus didi-  
 cisse: sed potius, ut sub uno collecta hic futurorum ratio  
 mentes mortalium eo uehementius tangeret, quo sine la-  
 bore hic posita perlegissent, & eo mens compuncta redde-  
 retur ad tempus, quo facillime hic illi cibus occurrisset op-  
 tatus. Hęc ergo librorū formata ordinatio pro noticia col-  
 lecta sufficiat, ut in hoc speculo nostri sese animus recogno-  
 scat. Nam si id quod futuri sumus, sedula meditatione ru-  
 minauerimus, credo, q̄ aut raro aut nunq̄ aliquando pec-  
 cabimus. Sic enim scriptum est, fili in omnibus operibus  
 tuis memorare nouissima tua, & in æternum non pecca-  
 bis. His igitur peractis q̄ dinoscenciæ uel recordationis cau-  
 sa premissa sunt, id precor & expeto, ut librorum hæc  
 oblata formatio siue placens sit siue displicens,  
 aut censuræ uestre stilo meliorem sube-  
 at palmam, aut iudiciij uestri debe-  
 at publicari sententiã.

Intentio  
 auctoris.

Eccl. viij.

Explicit prologus.



# INCIPIT ORATIO SAN

cti Iuliani Episcopi.

**D**esertum Idumeæ cæcus & morbidus possessor  
inhabitans, clamo ad te fili David, miserere mei:  
Patriam enim meam æternam Hierusalem que-  
ro, ciues eius contemplari desidero, & quibus du-  
ctoribus illuc transeam non inuenio. Tu ergo qui temeti-  
psum mihi dignatus es ostendere uiam, porrige mihi ma-  
num tuam, qua illuc iam non cæcus, sed uidens sine aliquo  
latrocinantium impedimento perueniam. Tu enim solus  
& talis es uia, quæ latronem non habeat. Ecce anxium cor  
meū pro reditu patriæ illius diu tibi suspirans, immensâ fu-  
turatorum cura distenditur, cupiens ut antequam illuceatur,  
hic iam futuræ illius beatitudinis gaudia contempletur.  
Querens enim quis defunctis animabus fructus post mor-  
tem huius corporis maneat, quæ etiã glorificatio post re-  
ceptionem corporum eas attingat, pro modulo uirium me-  
arum, & quantum ex disputatione aliorum dinoscere po-  
tui, quædam in hoc opere causarum instrumenta collegi.  
Sed & hæc quoq; quantum potest dici à mortalibus dicta  
sunt. Non tamen omnia dici potuerunt quæ futura esse ne-  
cesse est, quia inscrutabiles sunt semitæ iudiciorū tuorum.  
Ego tamen in illius patriæ sinum, de quo tanta dicuntur, cu-  
piens euolare, peto ut per te qui uia es gradiar, in te qui es  
ueritas non offendam, ad te qui es uita perueniam, à te qui  
summæ foelicitatis es uia nullis casibus diuidar, nullis rerum  
impedimentis abrumpar, sed in te gradiens latronem mor-  
riturus non patiar, mortis accusatorem non perferam, An-  
gelicis morientem me excubijs protege, & uocatum ad te  
protenso pietatis gremio consolare, ut ad te sine confusione  
perueniens, uideam quæ bona sunt Hierusalem. Iam iam sa-  
tis est domine, q̄ huc usq; peccatorum tenebris obfuscatus  
non interi, unde & ne hoc ipsum, quod mihi uel fratribus  
ad remedium preparo, offensibile fiat in aliquo, te peto, te  
obsecro, per gloriosum illud sacri sanguinis tui commercii  
B um, &

1  
p  
b  
r



## ORATIO IULI.

um, & crucis tuæ inuictū & uenerabile signū: & quatenus pro his, non ut temerarius arguar, nō ut erroneus contabescam, non cum illis puniar iudicandus, qui magna de corde tuo, non de spiritu tuo loquuntur. Ecce habes me domine pauperem tuum, mendicantem & pulsantem, nec superbe nescita definientem, sed humiliter quæ scienda sunt cupientem agnoscere. Ciba ergo me de omnibus promissis gratiæ tuæ, quæ hic & si attingi sensu non possunt, perfici tamen uera fidei firmitate creduntur, ut gaudium illud quod nullo hominum ualet stilo comprehendī, quod nullus oculus uidit, & in cor hominis non ascendit, dones mihi misero & hic foeliciter præstolari, & illic pleniori rerum euidētia conueri.

1. Cor. 2

Explicit Oratio Iuliani Episcopi.

### INCIPIUNT CAPITULA

Libri primī, de origine mortis humanæ.

- 1 Quomodo mors primum intrauerit mundum.
- 2 Quod deus immortales angelos creans, peccantibus hominibus mortem sit comminatus.
- 3 De qualitate creati hominis, uel de pœna mortis, qua post peccatum iuste damnatus est.
- 4 Vnde dicta est mors.
- 5 De tribus generibus corporalium mortium.
- 6 Quam aspera sit mors carnis, & quæ plerumque molestiam eius non sentiant morientes.
- 7 Quod plerumque contingat, ut per asperam mortem carnis liberetur anima à peccatis.
- 8 Quod mors nec boni aliquid sit, & tamen bonis bona sit.
- 9 Contra eos qui dicunt, si in baptismo peccatum hominis soluitur, quare mors baptizatos homines subsequatur.
- 10 Quod præsto sint angeli quando fideles homines moriuntur,



## C A P. L I B. I.

riuntur, & q̄ ab eisdem angelis animæ eorum excipiuntur perducendæ ad deum.

- 11 De timore mortis corporeæ.
- 12 De differentia timoris, qua se unusquisq; exploret, utrũ tolerabilius sit illi plura mortium genera uiuẽdo formidare, an unam ex his quæ contigerit sustinere.
- 13 Qua ratione consolentur hi qui mortem corpoream timent.
- 14 De non timenda Christianis morte corporea, pro eo q̄ iustus ex fide uiuit.
- 15 Quibus ex causis timor mortis humanæ ualeat temperari, & ut diem uocationis nostræ amplecti potius q̄ timere debeamus, & q̄ magnus illic charorum numerus nos expectet.
- 16 Quàm contraria sit uoluntas nostra dominicæ orationi, quando quotidiè, ut fiat uoluntas dei, oramus, & transire ad eũ insistentis mortis metu non uolumus, cum exemplo cuiusdam fratris, cui timentis exire de sæculo, increpans apparuit Christus.
- 17 Ne desperatione frangamur, cum imminente morte turbamur.
- 18 Quòd oporteat unumquemq; uocationis suæ tempore & frequenter incumbere orationi, & crebris fratrum p̄cibus uel recitationibus adiuuari.
- 19 Quòd conditiones sepulturæ & curationes funerũ debita fidelibus impendantur.
- 20 Vtrum prosit defunctis, si corpora eorum in ecclesijs tumultentur.
- 21 Quòd multum prosit mortuo in ecclesia tumultato fides, qua ita creditur, ut martyrís, apud quem conditur, patrocinio adiuuetur.
- 22 De oblationibus quæ pro defunctis fidelib, offerũtur.

Expliciunt Capitula libri primí.

B 2 Incipit



# INCIPIT LIBER

PRIMVS, DE ORIGINE

mortis humanæ.

¶ Quomodo mors primum intrauerit in mundum.

CAP. I.

**P**ECCATO primi hominis actum esse, ut mors in mūdum intraret. Paulus apostolus docet: Per unum hominem (ait) peccatum intrauit in mūdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo oēs peccauerūt.

¶ Quòd deus angelos immortales creans, peccantibus hominibus mortē sit comminatus. Cap. II.

Mors in hominibus de peccati propagine uenit. Non enim eo modo, quo angelos condiderat deus, ita & homines condidisse credendus est, ut etiam si peccassent, mori omnino non possent. Sed ita conditus est homo, ut perfunctus obedientiæ munere, sine interuentu mortis, angelicam immortalitas & æternitas sequeretur beara: inobedientem autem mors plecteret damnatione iustissima. Vnde eosdē primos homines peccatores uidemus ita fuisse morte mulctatos, ut etiam quicquid de eorum stirpe esset exortum, eadem pœna teneretur, obnoxium. Non enim aliud ex eis quàm quod ipsi fuerant nasceretur. Pro magnitudine quippe illius reatus, naturam dānatio mutauit in peius, ut quod pœnaliter præcessit in peccantibus hominibus primis, etiam naturaliter sequeretur in nascentibus cæteris.

¶ De qualitate creati hominis, uel de pœna mortis, qua post peccatum iuste damnatus est. Cap. III.  
Primus



## LIB. PRIMVS.

**P**rimus homo ea naturę qualitate creatus est, ut *im* mortalitatis ac mortis admodum capax, nec sic im mortalıs fieret, ut etiam si peccaret, mori non posset. Nec ita mortalıs, ut si noluiſſet peccare, morti succūberet. Arbitrij quoq; libertate donatus est, ut iure aut beatus eſſet qui noluiſſet peccare cum posset: aut miser qui cū potuiſſet uitare peccatum, non aliqua necessitate ſed propria uoluntate peccaſſet. Et quia nec recte factum nec peccatū dici poteſt ſine alicuius custodia, uel deſertione præcepti in paradyſo conſtitutus præceptum accepit, ut qui poſſe non mori & poſſe mori habuit in natura, aut executione præcepti uitalis probatus obediens, ſic fieret immortalis, ut mori ultra non poſſet: aut præuaricatione eius inobediens deprehensus, ſic mortalıs inciperet eſſe, ut mortem uitare non poſſet. Hęc mihi uidetur cauſa, qua primus homo præceptum accepit: & iuſtam eſſe poenam, quæ peccanti merito ſuæ præuaricationis acceſſit.

Qualis  
creatus  
fuit hō.

Cur datus  
eſt homi  
ni præcep  
tum in  
paradyſo

¶ Unde dicta eſt mors.

Cap. III.

**M**ors dicta eſt, q̄ ſit amara, uel à morſu primi hominis appellata. Nā cum primus humani generis parens lignum uetitum per inobedientiam contigit, per morſum mortem incurrit, unde & à morſu mors ipſa utiq; appellatur.

¶ De tribus generibus corporalium mortium.

Cap. V.

**T**ria ſunt genera mortis, id eſt, acerba, immatura, naturalis. Acerba infantum, immatura iuuenum, maturata, id eſt, naturalis, ſenum.

*Tria gēna mortis*

¶ Quam aſpera ſit mors carnis, & q̄ plerunq; moleſtiam eius non ſentiant morientes.

Cap. VI.

**Q**uod attrinet ad corporis mortem, id eſt, ſeparationem animæ à corpore cum eam patiuntur qui morientes appellātur, nulli bona eſt: Habet enim à ſpīritu ſenſum, & contra naturam uis ipſa, qua utrumq; diuel

Cur  
mors eo  
ſpera eſt

B 3 litur



## PROGNOST. IULIANI

Mors  
subitanea.

litur qd fuerat in uiuente coniunctū atq; confertum, tādīu moratur, donec omnis necetur & adimatur sensus, qui ex ipso inerat animæ carnisq; complexu. Quantum totā mortem leſtiam nonnunq; unus ictus corporis, uel animæ raptus intercipit, nec eam ſentiri preueniente celeritate permittit.

¶ Quod plerunq; contingat, ut per asperam mortē carnis, liberetur anima à peccatis. Cap. VII.

Vicquid illud est in morientibus, quod cū graui ſenſu adimit ſenſum, pie fideliterq; tolerādo auget meritū patientiæ, non aufert uocabulū pœnæ. Ita cum

Gregori.  
Sapl. 4.

prophe  
ta a leōe  
perceptus  
3. Reg. 17

Mors  
paruas  
culpas  
purgat.

ex hoīs primī perpetuata propagine proculdubio ſit mōs pœna naſcentis, tamen ſi pro pietate iuſtitiaq; perpendatur ſit gloria renaſcentis. Et cum ſit mors peccati retributio, aliquando impetrat, ut nihil retribatur peccato. Ita ex hoc beatus Gregori⁹ dicit, Scriptū eſt, Iuſtus quacumq; morte preuent⁹ fuerit, anima eius in refrigerio erit. Electi ergo qui ad perpetuam uitam tendunt, quid eis obeſt, ſi ad mortem dure moriantur? Eſt enim fortalſe nonnunq; eorum culpa, licet minima, quæ in eadem debeat morte reſecari. Nam uir dei contra Samariam miſſus, quia per inobedientiam in itinere comedit, hunc leo in eodem itinere occidit. Sed ſtatim illic ſcriptum eſt, quia ſtetit leo iuxta aſinum, & non comedit de cadauere. Ex qua re oſtenditur, qd peccatum inobedientiæ in ipſa fuerit morte laxatum, quia idem quem uiuentem preſumpſit occidere, contingere non preſumpſit occiſum. Qui enim occidendi auſum habuit, de cadauere occiſi comedendi licentiam non accepit. Vnde ita eſſe credendum eſt, quod plærumq; de culpis minimis ipſe ſolus pauor egredientes iuſtorum animas purget. Nam in ipſo exitu uitæ animæ electorum nimio terrenū metu, incertæ utq; ad p̄m̄ium an ad ſupplicium tranſeant. Quidā autē electi in fine ſuo purgant à leuib⁹ quibuſdā pct̄is, quidā v̄o in ipſo ſuo fine hylareſcūt æternorū contēplatione bonorū.

Quod



LIB. PRIMVS.

¶ Quod mors nec boni aliquid sit, & tamen bonis bona sit. Cap. VIII.

Ors, qua seperatur corpus ab anima, est plerunq; m bonis bona, quia per eam transitur ad immortalitatem futuram, nō quia mors aliquid bonum facta est, quæ antea malum fuit. Sed tantam deus fidei præstitit gratiam, ut mors, quam uitæ constat esse contrariam, instrumentum fieret, per quod transiretur ad uitam.

¶ Contra eos qui dicunt, si in baptismo peccatū primi hominis soluitur, quare mors baptizatos homines subsequatur. Cap. IX.

Vos mouet, cur mortem homines patiantur, quorum per gratiam baptismi reatus absoluitur, attendant hanc optimam rei huius solutionem. Qui enim hæc dicunt, solent argutis propositionibus dicere. Mors quæ in primum hominē uenit, de malo inobedientiæ accidit, & ideo pro originali illo peccato mortis, unicuiq; impartitur cōditio. Nos autem quorū originale peccatum in baptismo soluitur, cur mortis huius supplicio teneamur? His obiectis onibus ratio probata respōdet. Sic enim de his doctor egregius Augusti, eloquitur, dicens: Ad hoc relinquitur animæ experimentum separationis à corpore, quāuis ablato iam criminis nexu, qm̄ si regenerationis sacramentum cōtinuo sequeretur immortalitas corporis, ipsa fides eneruaretur, q̄ tunc est fides, qm̄ expectat in spe qd̄ iure non uidetur. Hinc Paul. ad Rom. Spe salui facti sumus, Spes aut̄ q̄ uidet̄, non est spes, nā qd̄ uidet quis, qd̄ sperat: Si aut̄ qd̄ non uidemus speram⁹, p̄ patientiā expectamus. Fidei aut̄ robore atq; certamine, in maioribus duntaxat ætatib, etiā mortis fuerat superandus timor, qd̄ in sanctis martyribus maxime emicuit. Cuius p̄fecto certamis esset nulla uictoria, nulla gloria, quæ nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lauacrū regenerationis iam sancti nō possent mortem perpeti corporalem. ¶ Cum paruulis autem baptizandis, qui non ad baptismum

Mors in  
nua im  
mortali  
tatis.

Augusti  
Cur bap  
tizati  
non sunt  
mortales  
Roma. 8.

Optima  
ratio!



forſam & Iulianus huc Dome  
reg ab hoc utatq; effelle  
cui libro 3. dicitur  
Proſperum Ab. Tert.  
vno nomine cecepto  
autumant.

## PROGNOSTIC. IULIANI

ptiſſimum propter Chriſti gratiam, ſed propterea potius cur  
rerent, ne à corpore ſoluerentur, atq; ita non inuiſibili p̄mio  
probaretur fides, ſed iã nec fideles eſſent, cõfeſtim ſui ope  
ris querendo & ſumendo mercedem. Nũc uero maiore &  
mirabiliore gratia ſaluatoris, in uſus iuſtitie peccati poena  
conuerſa eſt. De hoc quoq; ita Iulianus Pomerius ait. Ideo  
regenerati hinc ad æternam beatitudinem tranſire ſine car  
nis morte non poſſunt, quia non præſentis uitæ eſt, ſed fu  
tura, omne bonum, quod in eis ſacramenta quibus regene  
rantur efficiunt. Et ſic utiq; ſi ſpe ſalui ſiunt quicunq; ſaluan  
tur, & ſpes non temporalis uitæ eſt, ſed æternæ, non ſpe ali  
qua ſaluarentur in Chriſto renati, ſi non ad æternam beati  
tudinem conſequendam (quæ non uidetur cui militat ſpes),  
ſed propter hæc uiſibilem uitam ſine termino poſſidendam  
uiderentur uelle in Chriſto renaſci, atq; ita nec fideles eſſent,  
in quibus nulla eſſet inuiſibilem fides, & ad bona inuiſibi  
lia promerenda tepidi redderentur uitæ huius temporalis  
amatores.

¶ Quòd præſto ſint angeli, quando fideles homines  
moriuntur, & q̄ ab eiſdem angelis animæ eorum ex  
cipiantur perducendæ ad deum. Cap. X.

Vm imminente morte animæ à corpore ſeparan  
c tur, angelos ibi fatendum eſt præſto ad eſſe, qui ex  
euntes à corporibus iuſtorum animas ſuſcipiant, et

piõrum receptaculis introducant. Vnde cum in Euangelio  
mentio diuitis & Lazari pauperis ageretur, ſic ſcriptũ eſt:  
Contigit mori inopem illum, & ferri ab angelis in ſinum  
Abrahæ. Qua ſententia ueriffime confirmatur, q̄ in ſepara  
tione ſanctarum animarum & egreſſu à corpore, angelorũ  
ſemper habeantur excubiæ. ¶ Nam & S. Auguſtinus  
ex illa opinione diſſerens, qua uoluit oſtẽdere, ſi ſciant mor  
tui quid in hoc ſæculo agant uiui. Hoc quoq; in diſputatio  
ne prædictæ quaſtionis interſerens dicit. Niſi enim eſſent  
angeli, qui poſſent intereſſe & uiuõrum & mortuõrum lo

cis, non

Alacatio eſt  
optima.

Luc. 16.

Angeli  
interſunt  
locis ui  
uõrum et  
mortuo  
rum.



cis, non dixisset dominus Iesus. Contigit autem mori ino-  
 pem illum, & ferri ab angelis in sinum Abrahæ. Nunc era-  
 go hic, nunc ibi esse potuerunt, qui hinc illuc, quem deus uo-  
 luit, abstulerunt. Item idem doctor in libris de trinitate dei  
 sic dicit: Quicumq; de die in diem proficiendo renouatur,  
 in agnitionem dei iusticia & sanctitate ueritatis, trãsfertur  
 à morte ad uitam, à temporalibus ad aterna. In quo profe-  
 ctu & accessu tenentem mediatoris fidem, cum dies uitæ  
 huius ultimus quemq; comperit, perducendus est ad de-  
 um quem coluit, & ab eo perficiendus excipietur ab ange-  
 lis sanctis, incorruptibile corpus in fine sæculi, non ad poenã  
 sed ad gloriam recepturus.

De timore mortis corporeæ. Cap. XI.

Ortem carnis omnis homo timet, & mortem ani-  
 mæ pauci. Pro morte carnis, quæ sine dubio quan-  
 doq; uentura est, curãt omnes ne ueniat, & inde est

q; laborant. Laborat ne moriatur homo moriturus, & non  
 laborat ne peccet homo in aeternum uicturus. Et cum labo-  
 rat ne moriatur, sine causa laborat. Id enim agit, ut multum  
 mors differatur, non ut euadat. Si autem peccare noluerit,  
 nõ frustra laborabit, & uiuet, & in æternum. O si possemus  
 excitare homines, & cum ipsis pariter excitari, ut tales esse-  
 mus amatores uitæ permanētis, quales sunt homines ama-  
 tores uitæ fugientis. Quid non fecit homo sub mortis peri-  
culo constitutus? Gladio impendente ceruicibus, prodide-  
runt homines quicq; sibi unde uiuerent reseruabant. Quis  
non continuo prodidit ne pcuteretur? Et post proditionem  
fortasse percussus est. Quis non ut uiueret continuo pdere  
uoluit unde uiueret, eligens uitã mendicãtem, quã celerẽ  
mortem? Cui dictum est, nauiga ne moriaris, et distulit?  
Cui dictum est, labora ne moriaris, & piger fuit? Leuia  
deus iubet, ut in æternum uiuamus, & obedire negligim?  
Non tibi deus dicit, perde quicquid habes, ut uitas exiguo

C tempore

peruersus homo  
 Notandum  
 huiusmodi timore  
 mortis tempore  
 mor.

plus faciunt ho-  
 mines  
 pro uita  
 temporaria  
 quam  
 pro aeter-  
 na.



PROGNOST. IULIA.

tempore in labore sollicitus. Sed da pauperibus unde habes, ut uitas semper sine labore secur<sup>9</sup>. **Accusant nos amatores uitæ temporalis, quam nec cum uolunt, nec quam diu uolunt habent, et nos inuicem non accusamus, tam pigri, tam tepidi ad capeffendam uitam æternam, quam si uouerimus habebimus: cum habuerimus, non amitemus. Hanc autem mortem, quam timemus etiam si noluerimus habebimus.**

quam

De differentia timoris qua se unusquisq; exploret, utrum tolerabilius sit illi plura mortium genera uiuendo formidare, an unam ex his quæ contigerit, tolerare.

Cap. XII.

**Q**uid interest ( ait beatissimus Augustinus ) quo mortis genere uita ista finiatur, qñ ille cui finitur, iterũ mori non cogitur? Cum enim unicuiq; mortalium sub cotidianis uitæ hui<sup>9</sup> casibus innumerabiles mortes quodammodo comminent, q̄ diu incertum est quæ nã earum uentura sit, quæro, utrum securius sit, unam semel perpeti moriẽdo, & nullam deinceps formidare, an oēs sp̄ timere uiuendo, Nec ignoro, quã citius eligatur diu uere sub timore tot mortium, q̄ semel moriendo nullam deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pauidus refugit, aliud quod mentis ratio diligenter enucleata conuincit. **Mala mors putanda non est, quam bona uita precesserit: Neq; enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaq; multum curandum est eis qui necessario morituri sunt, quid accidat ut moriantur, sed moriendo quo tre cogantur. Cum igitur xp̄iani non erint, longe meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter lingentium canum linguas, quã impij diuitis in purpura & bysso: horrenda illa genera mortium, quid mortuis obfuerunt qui bene uixerunt?**

Qua ratione consolent̄ hi, qui mortem corpoream siment.

Cap. XIII.  
Quid

Hoc con  
siliu ege  
gientu  
per fecit  
si fuerit  
Johan.  
Ep̄us  
Koffen.  
et Tho.  
Mor. in  
Anglia  
per mar  
tyrium.  
Anno  
1535.



LIB. PRIMVS.

**Q**uid est ista mors? Relictio corporis, depositio grauis sarcinae, sed si alia sarcina non portetur, qua homo in gehennam precipitetur. De ipsa ergo morte dñs dixit, Mortem non uidebit in eternum, qui sermonem meum serauerit, Expauescamus istam mortem, sed illam timeamus. Quod autem grauius est, multi peruersè timendo istam, inciderunt in illam, dictum est aliquibus, adorate Idola: quod si non feceritis, interficiemini, uel quèadmodum ille Nabuchodonosor dixit, Si non feceritis, mittemus in in caminum ignis ardentis. Multi timuerunt & adorauerunt, nolentes mori mortui sunt. Timendo mortē quæ non euaditur, inciderunt in mortē quam euadere foeliciter possent, si istam quæ non euaditur in foeliciter nō timerent, Natus es homo, moriturus es. Quo ibis ut non moriaris? Quid facies ut non moriaris? Vi dñs tuus necessitate moriturum te consolaretur, uoluntate mori dignatus est, Quia uides Christum sine necessitate mortuum, dedignaris mori? Ergo moriturus es? quo euadas hoc, non habes, hodie sit, cras sit, futurū est, debitū reddendū est. Quid ergo agit homo, timens, fugiens, occultans se, ne inueniatur ab inimico? Nunquid agit ut non moriatur, sed ut paulo serius moriatur non accipit debiti securitatem, sed prestolationē. Quantumlibet diu differatur, ueniet quod differtur. Illā mortem timeamus secundam, quæ istam mortem carnis excipit primam. Seruem⁹ igitur sermonem dei in fide, peruenturi ad spēm, cum acceperimus plenissimam libertatē, De patribus enim olim mortuis, tale respōsum dñs Iudæis dedit dicens, Ego sum deus Abraham, & deus Ysaac, & deus Iacob, non est deus mortuorum sed uiuorū. Si ergo illi uiuunt, laboremus sic uiuere, ut cum illis pariter uiuere possimus, cum mortui fuerimus. Hoc enim est illud quod dominus dicit. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet, id est, q̄ credit in me etiā si mortu⁹ fuerit ad tps in carne, uiuet ī aīa donec resurgat et caro, nūq̄ postea moritura

*Pulchra descriptio mortis. J*

*Pessimus timor*

*Dani. 30*

*Mors carnis que timetur non euaditur*

*Pulchra ratio*

*Mors secunda*

*11 Att. 21*



## PROGNOSTIC. IULIANI

De non timenda christianis morte corporea, pro eo  
quod iustus ex fide uiuit. Cap. XIII.

Cutus est  
timere  
mortem

Abac. 2.  
Roma. 1.

Luce. 2.

**V** Tait ex hoc doctor & martyr beatus Cyprianus. Eius est mortem timere, qui ad Christum nō uult ire. Eius est ad Christum nolle ire, qui se nō credit cum Christo incipere regnare, Scriptum est, iustū ex fide uiuere. Si iustus es, ex fide uiuis. Si uere in dominum credis, cur non cum Christo futurus & de dñi pollicitatione securus, quod à Christo uocaris amplecteris, & quod diabolo careas gratularis? Symeon deniq; ille iustus qui uere iustus fuit, qui fide plena p̄cepta domini seruauit, cum ei diuinitus responsum fuisset, q̄ antea non moreretur quāam Christum uideret, & Christus infans in templū cū matre uenisset, agnouit in spiritu natum esse iam Christum, de quo sibi ante fuerat p̄dictum. Quo uiso, sciuit se cito moriturum. Lætatus itaq; de morte iam proxima, & de diuina accensione securus, accepit in manus puerū, & benedicens deum, exclamauit & dixit, Nunc dimittis seruum tuū dñe, secundum uerbum tuū in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuū, probans semel atq; cōtestans, tunc esse seruis dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, qñ de istius mundi turbibus extracti, sedis & securitatis eternæ portum petimus, qñ extincta hac morte ad immortalitatē uenimus. Illa est enim nostra pax, illa fida tranquillitas, illa stabilis & firma & perpetua securitas.

Quib⁹ ex causis timor mortis humanæ ualeat rpari, & ut diem uocationis nostræ amplecti potius quāam timere debeamus, & q̄ magnus illic charorum numerus nos expectet. Cap. XV.

Cypr. de  
mortali  
tate ser. 4

**P**̄dictus doctor ait. Regnum dei fratres dilectissimi esse cœpit in proximo, Premium uitæ, & gaudiū salutis æternæ, & perpetua læticia, & possessio paradisi, promissa mundo transeunte iam ueniunt, iam terrenis



renis celestia, & magna paruis, & caducis æterna succedūt.  
 Quis hic anxietatis & sollicitudinis locus est? Quis inter  
 hæc trepidus & moestus est, nisi cui spes & fides deest? Itē  
 idem doctor post aliqua. Quid aliud in mundo q̄ pugna  
aduersus diabolū cotidie geritur? q̄ aduersus iacula eius  
& tela conflictationibus assiduis dimicatur? Cum auaritia  
 nobis, cum impudicia, cum ira, cum ambitione cōgressio  
 est, cū carnalibus uitijs, cum illecebris secularibus assidua  
 & molestia colluctatio est. Obsessa mens hoīs & undiq̄  
 diaboli infestatiōe uallata, uix occurrit singulis, uix resistit.  
 Si auaritia prostrata est, exurgit libido, si libido compressa  
 est, succedit ambitio; si ambitio contempta est, ira exasperat,  
 infat superbia, uinolentia inuitat, inuidia concordiam  
 rumpit, amicitia zelus abscidit, Cogere male dicere quod  
 diuina lex prohibet, compelleris iurare quod nō licet. Tot  
 persecutiones animus cottidie patitur tot periculis pectus  
 urgetur, & delectat hic inter diaboli laqueos dū stare, cum  
 magis concupiscendum sit & optandum ad Christū sub  
 ueniente, uelocius morte properare, ipso instruente & dis  
 cente nobis. Amen amen dico uobis, qm̄ uos plorabitis &  
 plangetis, seculum autē gaudebit, uos tristes eritis, sed tri  
 sticia uestra in leticiam ueniet. Quis non tristicia carere op  
 tet? Quis non ad læticiam uenire festinet? Quando autē  
 in læticiam ueniat tristicia nostra, dominus denū ipse de  
 clarat dicens. Iterū autē uidebo uos, & gaudebit cor uestrū,  
 & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Cū ergo Christū  
 uidere gaudere sit, nec possit esse gaudiū nostrum, nisi quis  
 uiderit Christum, quæ cæcitas animi, quæue dementia est,  
 amare pressuras & poenas, & lacrimas mundi, & nō festi  
 nare potius ad gaudiū quod nunq̄ possit auferri? Hoc  
 autem fit, quia fides deest, quia nemo credit uera esse, quæ  
 promittit deus qui uerax est, cuius sermo credentib⁹ eter  
 nus & firmus est. Si tibi uir grauis & laudabilis aliquid pol  
 liceretur haberes pollicenti fidem, nec te falli aut decipi ab

Quanta  
nobis  
pugna in  
hoc mun  
do est.

Notanda uerba Cypriani  
de pugna huiusmi  
di.

Joh. 15.

Incredulitas hor  
minum. Defectus  
fidei. Inquire



## PROGNOST. IULIANI

eo crederes, quem stare in sermonibus atq; in actibus suis scires. Deus tecum loquitur, & tu mēte incredula perfidus fluctuas: Deus de hoc mundo recedenti immortalitatem atq; æternitatem pollicetur, & dubitas: Hoc est enim omni no deum non nosse, hoc Christum credendi magistrū peccato incredulitatis offendere, hoc est, in ecclesia constitutū, fidem in domo fidei non habere. Quantum profit exire de sæculo, Christus ipse salutis atq; utilitatis nostræ magister ostendit, qui cum discipuli eius conturbaretur, & se diceret iam recessurum ab eis, locutus est eis dicens: Si me diligereis, gauderis utiq; qm̄ uado ad patrem, docens & ostendens, cum chari quos diligimus de sæculo exeunt, gaudendum esse potius quā dolēdum Cuius rei memor B. apostolus Paul. in epistola sua ponit, & dicit: Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum, lucrum maximum computās iam sæculi laqueis non teneri, iam nullis concupiscentijs & uitijs carnis obnoxium fieri, exemptum pressuris urgentibus, & uenenatis diaboli faucibus liberatum, ad lætitiā salutis æternæ Christo uocante proficisci. Si ergo in Christum credimus, fidem uerbis & promissis eius habeamus, & nō morituri in æternum, ad Christum cum quo uicturi & regnaturi semper sumus, læta securitate perueniamus. Quod interim morimur, ad immortalitatem morte transgredimur, nec potest uita æterna succedere, nisi hinc contigerit exire. Non est exitus iste, sed transitus, & temporali itinere decurso ad æterna transgressus. Quis non ad meliora festinet? Quis non mutari & reformari ad Christi speciem & ad celestis gratiæ dignitatem citius exoptet? Item. Venturus ad Christi sedem & ad regnorum coelestium claritatem, lugere non debet & plangere, sed potius secundum pollicitationem domini, secundum fidem ueritatis, in profectioe sua ac translatione gaudere. Item: Eius est in mundo diu uelle remanere, quem mundus oblectat, quem sæculum blandiens atq; decipiens illecebris terrenæ uoluptatis inuitat. Por  
rò cum

*Quantum profit exire de hoc mundo*

*Joh. 14.*

*Gaudendum potius  
dolendum cum chari  
ri gaudere nos exire  
ym. d. Morti lucrum  
hoc scito.  
Philip. 1.*

*Mors  
transitus  
est ad me  
liora.*

*quis uult in  
hoc mundo  
diu remanere*



LIB. PRIMVS.

ro cum mūdus oderit Christianum, quid amas eum qui te  
 odit, & non magis sequeris Christum qui te redemit & dili-  
 git? Item: Mente integra, fide firma, uirtute robusta paratū  
 ad omnem uoluntatē dei simus, pauore mortalitatis exclu-  
 so, immortalitatē quæ sequitur cogitemus. Hoc nos osten-  
 damus esse qd credimus, ut nec charorum lugeamus exce-  
 sum, & cum accerisionis proprię dies uenerit, incunctanter  
 & libenter ad dominum ipso uocante ueniamus. Quod cū  
semper faciendum fuerit dei seruis, nunc fieri multo magis  
 debet, corruente iam mundo, & malorum infestātium tur-  
 binibus obsessō, ut qui cernimus cœpisse iam grauiā, & scia-  
 mus imminere grauiora, lucrum computemus maximum,  
 si istinc uelocius recedamus. Si habitaculi tui parietes uetu-  
 state nutarent, tecta desuper tremiscerent, domus iam fati-  
 gata, iam lasa, ædificijs senectute labentibus ruīnam proxi-  
 mam minaretur, nonne omni celeritate migrares? Si nauis  
 gante te, turbida & procellosa tempestas fluctibus uiolen-  
 tius excitatis prænuñciaret futura naufragia, nōne portum  
 uelocius peteres? Mundus ecce nutat & labitur, & ruīnam  
 sui non iam senectute rerum, sed sine testatur, & tu non deo  
 gratias agis: Non gratularis q̄ exitū maturiore subtractus,  
 ruias & naufragijs & plagis imminentibus exuaris? Item:  
 Amplectamur diem qui assignat singulos domicilio suo,  
 qui nos istinc ereptos & laqueis sæcularibus exolutos, pa-  
 radysō restituit & regno. Quis non peregre cōstitutus pro-  
 peraret in patriam regredi? Quis non ad suos nauigare fe-  
 stinans, uentum prosperum cupidus optaret, ut ueloci-  
 ter charos liceret amplecti? Patriam nostram Paradysum  
 computemus, parentes patriarchas habere iam cœpi-  
 mus. Quid non properamus & currimus, ut patriam no-  
 stram uidere, & parentes salutare possimus? Magnus illic  
 nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, fis-  
 liorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de  
 sua incolumitate secūra, adhuc de nostra salute sollicita.

Adho

Christi  
 ni libeter  
 debent  
 mori.

Mundus iam ruit

optime comparatōes

comp



## PROGNOST. IULIANI

Ad horum complexum & conspectum uenire, quanta & illis & nobis in commune læticia est: Qualis illic cœlestium regnorum uoluptas, sine timore moriendi, & cum æternitate uiuendi quàm summa & perpetua fœlicitas: Illic apostolorum gloriosus chorus, illic prophetarum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus. Ad hos auidæ cupiditate properemus, ut cum his cito esse possimus, ut cito ad Christum uenire contingat optemus. Hanc cogitationem nostram deus uideat, hoc propositum mentis nræ & fidei Christus aspiciat, daturus eis claritatis suæ ampliora præmia, quorum circa se fuerint desideria maiora.

¶ Quòd contraria sit nostra uoluntas dominicę orationi, quando & quotidiè ut fiat uoluntas Dei oramus, & transire ad eum insistente mortis metu non uolumus: cum exemplo cuiusdam fratris, cui timenti exire de sæculo, increpans apparuit Christus.

### Cap. XVI.

Cyprian.

His prædicti doctoris sententia hæc est, Dicit em̄:

d Meminisse debemus uoluntatē nos non nrām, sed dei facere debere, secundum q̄ nos dominus quotidie iussit orare. Quàm p̄posterum est quàmq̄; peruersum, ut cum dei uoluntatem fieri postulemus, t̄ q̄n euocat nos & accersit de hoc mundo deus, non statim uoluntatis eius imperio pareamus: Obnitimur & reluctamur, & peruicacium more seruorum ad conspectum domini cū tristitia & mœrore perducimur. Exeuntes isthinc necessitatis uinculo, non obsequio uoluntatis, uolumus ab eo p̄m̄is coronari, & muneribus cœlestibus honorari, ad quē uenimus inuiti. Quid ergo oramus & petimus, ut adueniat regnum cœlorum, si captiuitas terrena delectat. Quid p̄cibus frequenter reiteratis, rogamus & poscimus, ut acceleretur dies regni si maiora desideria & uora posteriora sunt, seruire istic diabolo, quàm regnare cū Christo; ¶ Denicq̄; ut manifestius diuinæ prouid.

*Quotidie dominus  
iussit orare, em̄  
lego  
Soyam q̄  
quum  
Qua per  
uersum ē/  
non liben  
ter mori.*

*Explan  
notandum*



nae prouidentiae iudicia clarescerent, quo dominus praescius futurorum, suis consulat ad ueram salutem, cum quidam de collegis & confacerdotibus nostris infirmitate defessus, & de appropinquante morte sollicitus, comeatum sibi praecaretur, astitit deprecanti, & iam penè morienti iuuenis, honore & maiestate uenerabilis, statura celsus, & clarus aspectu, et quem assistentem sibi uix posset humanus aspectus oculis carnalibus intueri, nisi quod talem uidere iam poterat de saeculo recessurus. Ad quem ille non sine quadam animi & uocis indignatione infremuit, & dixit: Pati timetis, exire non uultis, quid faciam uobis? Increpantis uox est & monentis eum, qui de persequutione sollicitus, de accersione securus, non consentit ad praesens desiderio, sed consulit in futurum.

*Nota*

¶ Ne desperatione frangamur, cum imminente morte turbamur. Cap. XVII.

¶ Volent quidam dicere, Nunquid animus Christiani debet etiam morte imminente turbari? Qui enim haec dicunt accipiant sibi congruum responsum. Firmissimi quidem sunt Christiani, si qui sunt qui nequaquam morte imminente turbantur, sed nunquid Christo firmiores? Quis hoc uel insanissimus dixerit? Quid est ergo quod ille turbatus est, nisi quia infirmos in suo corpore, id est in sua ecclesia, suae infirmitatis uoluntaria similitudine consolatus est, ut si qui suorum adhuc imminente morte turbantur, ipsi intueantur, ne hoc ipso se putantes reprobos peiore desperationis morte absorbentur? Quantum itaque bonum de participatione diuinitatis eius expectare & sperare debemus, cuius nos & perturbatio tranquillat, & infirmitas firmat.

*Mat. 26  
Quis sit christum  
turbari in morte  
sua.*

¶ Nam & B. apost. Petrus, dicente sibi domino, cum senueris, extends manus tuas, & alius te praecinet & ducet qua non uis; quid aliud nisi solutus a corpore uolebat esse cum Christo? Sed si fieri posset, sublata mortis molestia, uitam concupiscebat aeternam. Ad quam mortis molestiam nolens du-

*Joh. 11*

Datus est,



PROGNOSTIC. IULIANI

Natura  
le est hor  
rere motu  
tem.

atus est, & reliquit hunc infirmitatis affectum. Quod ne  
mo uult mori, usq; adeo naturale est, ut hoc ipso beato Pe  
tro apostolo nec senectus auferre potuerit, cui dictum est,  
cum senueris, deducendus es quo non uis. Ac proinde mor  
lestia quantacunq; sit mortis, debet eam uincere uis amo  
ris, quo amatur ille, qui cum sit uita nostra, etiã uoluit mor  
tem perferre pro nobis Nam si nulla esset mortis uel parua  
molestia, non esset tam magna martyrum gloria.

*Pulcherrim  
audis.*

¶ Quod oporteat unumquemq; uocationis suae tē  
pore & frequenter incumbere orationi, & crebris  
fratrum precibus uel recitationibus adiutari.

Cap. XVIII.

*comp*

Um extrema debiti finis imminet hora, oratio nos  
c debet adiunare continua. Si enim ad ignota uel lon  
ge posita in hoc mundo loca transire disponimus,  
modo nos fratrum orationibus commendamus, modo nos  
ipsum in ipso profectiois articulo continua lachrymarum  
exundatione perfundimus, precantes dominum, ut placi  
dis itinerum congressibus properemus. Et si hec tam studi  
ose, manente adhuc complexu corporis & animae, inter cog  
nita saeculi agimus, t̄ quam studiosus talia in fine nostro  
agere debemus, cum ad illam regionem trāsitum facimus,  
ubi peracta corporis separatione ab anima, ad tam incogni  
ta peruenimus, ut nulla nobis hic dum uiuimus cognitio  
maneat, utrum nos post morrem beata uita recipiat, an ra  
piamur exeuntes à corpore ad tormenta: Nam & quia di  
abolus extrema uitae nostrae suis laqueis innectere nititur,  
si in ipso exitu pijs fratrum precibus, & sedulis psalmodiae  
officijs munitur, longe ille semper repellitur, nec audet  
se nociturum diuini castris ingerere, ubi nomen domini  
per ora concinentium audit fideliter resonare. Quosdam  
enim legimus in hora transitus sui ab assistente & insidiane  
te diabolo, fraternis precibus & psalmodiae frequentia libe  
ratos

lego t̄

quano.

*intra in iradit*

*Optimū ac  
fieri ferum  
at contra  
demonis in  
uas, quia  
mores, oratio  
nily frequē  
tē in ambere*



LIB. PRIMVS.

ratos. Vnde non est dubium, quia cū pij fideles & uerissimi Christiani ex hoc sæculo transeūt, si sedula & frequens fratrum adiuuerit oratio, non eos audeat contingere malignorum spirituum † uel cruenta incurfio.

addo †  
sæua

¶ Quòd conditiones sepulturæ, & curationes funerum, debite fidelibus impendantur. Cap. XIX.

Icet curatio funeris & conditio sepulturæ seu pompa exequiarum, magis sint uiuorum solacia quàm subsidia defunctorum: non tamen contemnenda & abijcienda sunt corpora defunctorum, maximeq; iustorum atq; fidelium, quibus tanquam organis & uasis ad omnia bona opera perficienda sanctus uisus est spiritus. Si paterna uestis & anulus ac liquid huiusmodi, intātum charius est posteris, inquantum erga parentes maior est affectus, quanto magis nullo modo ipsa spenienda sunt corpora, que utiq; multo familiarius atq; coniunctius quàm que libet indumenta gestamus. Ac proinde corpori humano quicquid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secūdam affectum quo nemo unquam carnem suam odio habet. Vnde oportet, ut qui potest, pro carne proximi sui curam gerat, cum ille inde recesserit qui gerabat. Et si hæc faciunt qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis facere debent qui credunt, ut corpori mortuo sed tamen resurrecturo & in æternitate mansuro, impensum huiusmodi officium sit, etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium. Nam & antiquorum iustorum funera, officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura prouisa. Ipsi quoque quum uiuerent, de sepeliendis uel etiam transferendis suis corporibus filijs mandauerūt. Quòd Tobī sepeliendo mortuos deum promeruisse teste angelo cōmendatur. Ipse quoq; domin⁹ die tertia resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædi-

Corpora iustorum in honore hñda.

*Tempo fuerit  
multiplicato  
subsidio  
et subsidio  
magis*

Augu. de cura pro mort. c. 38

*comp*

Ephe. 51

*Quodam in testimonio  
fidei resurrectionis  
corpe est circa corpa  
defunctorum curagere*

Erēpla  
Gene. 23  
et 49.

Tob. 12

Mat. 26

D 2 cat,



PROGNOSTIC. IULIANI

Luc. 23.  
Joh. 19.  
Pulchra  
ratio.

cat, prædicandumq; commendat, quòd ungentum præciosum supra membra eius effuderit, atq; hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et sic laudabiliter commemorantur in euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atq; honorifice tegendum sepeliendumq; curarunt. Verum istæ autoritates non hoc ammonent, q; insit ullus cadaueribus sensus, sed ad dei prouidentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoq; mortuor; pertinere significant, propter fidem resurrectionis astruendam.

¶ Verum profit defunctis, si corpora eorum in ecclesijs tumulentur. Cap. XX.

Quò prodest prope martyri memorias sepeliri.

¶ Vm quisq; apud memorias martyrum sepelitur, hoc tantum prodest defuncto, ut commedans eum is qui superstes eius est martyrum patrocinio, affectus supplicationis pro eo augeatur. Cum ergo recolit animus, ubi sepultum sit charissimi corpus, & occurrit locus nomine martyris uenerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus. Qui tamen affectus cum defunctis à fidelibus charissimis exhibetur, eis prodesse non dubium est, qui cum in corpore uiuerent, talia sibi post hanc uitam prodesse meruerunt.

¶ Quòd multum profit mortuo in ecclesia tumulato fides, qua ita creditur, ut martyris, apud quem conditur, patrocinio adiuuetur. Cap. XXI.

¶ Læric; fidelium cum fidei præcedentis affectu, aut sua aut suorum corpora apud memorias martyrum tumulari præcipiunt, nò puto infructuosum esse q; creditur, aut inane, quod fideliter de diuino auxilio sperat, tm si non sint huiusmodi eor; qui in ecclesia sepeliuntur insolubiles culpæ, quæ eos non sinant etiam oblati deo sacrificijs adiuuari post mortem. Ac proinde si fides illa habere meritum creditur, qua quisq; implorator pro defuncto suo in locis



LIB. PRIMVS.

in locis martyrum tumulto deum deprecatur, quanto magis illa fides spei suæ fructum consequitur, quæ in uiuente adhuc remediabile sibi sui cadaueris prouidet locum: Etenim S. Augustinus inquirenti de hac quæst. Paulino episcopo sic respondit. Cum fidelis mater fidelis filij defuncti corpus desiderauit in basilica martyris poni, siquidem credidit eius animam meritis martyris adiuuari, Hoc quod ita credit supplicatio quædam fuit, & hæc profuit, siquid profuit, & quo ad idem sepulchrum recurrit animo, & filium precibus magis magisque commendat. Adiuuat defuncti spm̄ nō mortui corporis locus, sed ex loci memoria uiuus matris affectus. Simul em̄ & quis & cui commendatus sit, non utique infructuose religiosam mentem precantis attingit. Hęc sanctissimi uerba sunt Augustini, quibus creditur nō esse illorum fidem uacua, qui pie uiuentes, suorum cadauera in memorijs martyrum præcipiant tumulanda: licet multis alijs rōnibus & maiorum didicerimus exemplis, quod illi damnabiliter in ecclesijs tumultentur, qui usque in finem suum sceleratissime uiuunt. Nam meritum per quod illis ista prosint, si nullum comparatum est in hac uita, frustra post hanc queritur uitam, ut enim hoc quod impenditur possit prodesse post corpus, in ea uita est acquisitum, quam gessit quisque in corpore.

De oblationibus quæ pro fidelibus defunctis offeruntur. Cap. XXII.

**N** Machabæorum libris legimus oblatum pro mortuis sacrificium. Sed & si nunquam in scripturis ueteribus omnino legeretur, tamen non paruipendenda esset uniuersæ ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas. Vbi in precibus sacerdotis, quæ domino deo ad altare eius funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum. Cum enim deo sacrificia pro spiritibus defunctorum offeruntur pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro non ualde malis propiciationes sunt, pro ualde malis

D 3 etiam

Augu. de  
cura pro  
mortuis  
agenda.  
cap. 5.

Quibus  
prodest  
in Basili  
ca sepeliri.

2. Act  
Habe. 124

Hæc nota  
est Lutherum  
& asseclos  
Iesus negatos  
super præsentia  
suis

Triplex  
defuncto  
rum differ  
entia.



## CAPITVLA

etiam si nulla sint adiumenta mortuorum, qualescunq; ta-  
men sunt cōsolationes uiuentium. Quibus tamen profunt,  
aut ad hoc profunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolera-  
bilior fiat ipsa damnatio.

¶ Explicít liber Primus.

## INCIPIVNT CAPITVLA

la libri Secundi.

- 1 De differentia Paradyforum.
- 2 Vbi sit paradyfus, in quo beatorum animæ exiitæ de corporibus requiescunt.
- 3 Quid significat Sinus Abrahæ, in quo beatorum animæ suscipiuntur.
- 4 De differentia infernorum.
- 5 Vnde dictus Infernus.
- 6 Quales sint Inferi, uel si corporei sint.
- 7 Qua ratione Inferi sub terris esse credantur.
- 8 Quòd animæ beatorum, statim ut à corpore exeunt, ad Christum in cœlis uadunt.
- 9 Quòd nunc animæ defunctorum in quibusdam receptaculis teneantur.
- 10 Quòd animæ quæ aliquid minus de perfecta sanctitate habuerunt, & sic de hac uita transferint, etiam si possint regnū aliquando obtinere cum sanctis, nunc tamen exeuntes de corpore non statim collocentur in cœlestibus regnis.
- 11 Quòd ante resurrectionem corporum non sic uideatur deus à sanctis spiritibus defunctorum, sicut post resurrectionem uidebitur, & qualiter nunc defunctorum animæ desiderent corpora sua recipere.
- 12 Quòd post descensum Christi ad inferos animæ electorum non locis illis teneantur, ubi patriarcharum antea animæ tentæ sunt, sed statim eant ad cœlum.

Quòd



LIBRI II.

- 13 Quòd sicut sanctorum animæ post transitum de corpe ad cœlum uadunt, ita peccatorum inferno traduntur.
- 14 Quòd hi qui semel fuerint in infernũ proiecti, ibidem erunt perpetuo permansuri.
- 15 Quòd non sit anima post separationem corporis priuata sensibus suis.
- 16 Quòd anima similitudinem corporis habeat, & in eadem corporali similitudine requiem sentiat, performatq; tormenta.
- 17 Si anima cum incorporea sit, igne credatur corporeo cruciari.
- 18 Quòd unus sit gehennæ ignis, sed non uno modo cruciet peccatores.
- 19 Quòd post mortem ignis purgatorius esse credatur.
- 20 Quòd alius sit ignis purgatorius, quo pleriq; saluandi esse creduntur, alius ignis ille in quo impij Christo iudicante mansuri sunt.
- 21 Quòd purgatoriũ ignem non post ultimũ illud iudicium, sed an ipsum iudiciũ animæ perferant mortuorum.
- 22 Vtrũ hi qui purgatorio igne saluandi sunt, usq; ad tempus resurrectionis, an infra, cruciari credantur.
- 23 Quòd ad tribulationem purgatoriũ ignis mors ista permaneat carnis.
- 24 Vtrum animæ mortuorum se inuicem post mortem carnis recognoscere possint, simulq; & de his qui se in hac uita non uiderunt, utrum illic notitia sui inuicem perfruantur.
- 25 Vtrum animæ beatorum orare audeant pro his quos inferno sentiunt deputatos.
- 26 Vtrum animæ mortuorum orent pro charorum salute uiuentium.
- 27 Vtrum contristari uel lætari possint animæ defunctorum pro uiuentium charorum salute, seu tristitia aut cura qualibet uiuorum moueantur.

Quòd



C A P. L I B. I I.

- 29 Vtrum scire possunt mortui quid agant uiui.
- 30 Vtrum possint mortui uiuentium oculis uisibiliter apparere.
- 31 Quòd non impiorum sed sanctorum tantum animæ nouerint, quid possit à uiuentibus agi.
- 32 Vtrum post aduentum mediatoris ad inferos, ex quo sanctis referatum est iter, ad cœlos aspicere ualeant, aut boni malos in doloribus, aut mali bonos in requie constitutos.
- 33 Contra eos qui dicunt quòd nulla sit animæ uita post mortem.
- 34 Contra eos quibus parum uidetur, quòd animæ post mortem carnis in quadam corporali similitudine læta quædam uideant, uel tristia sentiant, & q̄ ex pressiora sint ibi læta uisa uel tristia, quàm hic uideri possint per somnium ab anima.
- 35 Quòd remunerationem habere credantur animæ defunctorum ante resurrectionis illius ultimum tempus.
- 36 Quòd post depositionem corporis huius, statim uideatur à sanctis spiritibus deus, quòd etiam modo sanctorum animæ iam cum Christo in cœlis regnent.

¶ **Expliciunt Capitula.**

**Incipit**



# INCIPIIT LIBER

## SECUNDVS, DE ANIMABVS

Defunctorum, quomodo se habeant ante ult  
timam corporum resurrectionem.

¶ De differentia Paradyforum.

Cap. I.



**V**NVS est terrenus paradyfus, ubi pri  
morum hominum corporaliter uita ex  
titit: alter cœlestis, ubi animæ beatorum  
statim ut à corpore exeunt transferun  
tur, atq; digna fœlicitate lætantes, expe  
ctant receptionem corporum suorum.

Duplex  
parady  
fus, terre  
nus et cœ  
lestis.

De hoc paradyfo Iulianus Pomerius ait. Hinc quoq; uidetur animæ iustorum duci, uel ire in paradysum recedentes à corpore, quo se raptum dicit Apostolus, mente profecto non corpore. Item idem post aliqua dicit. Satis est de paradyfo cœlesti scire, & q; in eum sanctæ animæ statim de suis corporibus exeuntes, deo donante, mittantur. Quod ita debere credi dñs noster Iesus Christus sua autoritate confirmat, ubi latroni dicēdo: hodie eris mecum in paradyso, sine ulla ambignitate probauit. q; beatas animas suis exutis corporibus, paradyfus cœlestis sine ullo temporis interuallo suscipiat.

Montesuis raptus  
beatus Parady.

Luc. 238

¶ Vbi sit paradyfus, in quo beatorum animæ exutæ corporibus requiescent.

Cap. II.

Egimus in B. Augustino, cū uerba illa aposto. Pau

2. Cor. II.

li enucleatissime diffiniret, quibus se in tertium cœ  
lum idem Apłus raptum fuisse commemorat, q; in  
tertio cœlo sit paradyfus, in quo fuit Apłus raptus, & ubi  
animæ beatorum locantur exutæ corporib;. Definiuit etiam idem doctor, primum cœlum esse corporeum, secundum spiritale, tertium mentale, in quod mētis ascendit con

Montesuis raptus  
beatus Parady.  
Temple in q; beatorum  
cœlum, raptus fuisse  
in tertium  
cœlum.

E templas



PROGNO. IULIANI

Actu. 10.

templatione ita asserens: Si primum cœlum recte accipi-  
mus hoc omne corporeum, generali nomine quicquid est  
super aquas & terram. Secundum autē in similitudine cor-  
porali quod spū cernitur, sicut illud, unde animalibus plen⁹  
in extali Petro discus ille submissus est. Tertium uero qd  
mente conspicitur, ita secretum & remotum & omnino ar-  
reptum à sensibus carnis atq; mundatum, ut ea quæ in illo  
cœlo sunt, & ipsam dei substātiā uerbumq; dei per quod  
facta sunt omnia, in charitate spiritus sancti ineffabiliter ua-  
leat uidere & audire, non incongruenter arbitramur & il-  
luc Apostolum raptū, & ibi fortassis esse paradysum omni-  
bus meliorem, & si dici oportet, paradysum paradyforum.

¶ Quid significet Sinus Abrahæ, in quo beatorum  
animæ suscipiuntur. Cap. III.

Inum Abrahæ requiem patris, uel secretum quietis  
æternæ, seu etiam paradysum significari, multiplici-  
um doctorum sententijs definitum esse non ambi-  
go, cum inter ceteros Ambrosius, Augustinus atq; Grego-  
rius, tanti patriarchæ sinum nihil aliud quam id ipsum signi-  
ficasse elegantius docuerint.

¶ De differentia infernorum. Cap. IIII.

Duplex  
infernus.

De discretione infernorum, in beati Augu. tractati-  
bus legisse mememini: ubi duo esse inferna manife-  
stius dicit, ut unus infernus superior super terrā, al-  
ter uero infernus inferior sub terra esse accipiatur, secū-  
dum uocem Psalmistæ deo cōfitentis, Eruisti animam meam ex  
inferno inferiori. Nam propter ista duo inferna missus est  
filius dei, nos utiq; liberans. Ad hūc infernum missus est na-  
scendo, ad illum moriendo. Et hunc quidem dicens infer-  
num ait: Fratres nec ego expertus sum adhuc nec uos, &  
fortassis alia uia erit, & non per infernum erit, incerta sunt  
hæc. Verum quia dicit scriptura, cui contradici non potest,  
Eruisti animam meam ex inferno inferiori, intelligimus  
tanquam duo inferna esse, superius & inferius, Nam unde  
infer

Psal. 35.



**A LIB. SECVNDVS.**

**infernum inferius, nisi quia infernum est superius.** Item aliam opinionem idem doctor sanctiss. ponit, eo q̄ apud inferos ipsos sit aliqua pars inferior, ubi diues immaniter ille torquebatur, & aliqua pars superioris inferni, in quo Abraham cum Lazaro lætabatur, ubi etiam & omnes sancti ante aduentum Christi habiti sunt. Sic enim prædictus doctor dicit: Fortassis apud ipsos inferos est aliqua pars inferior, quo trudentur impij qui plurimum peccauerunt. Etenim apud ipsos inferos, utrum in locis quibusdam iam fuisset Abraham, non satis possumus definire. Nondum enim dominus uenerat ad infernum, ut erueret inde omnium sanctorum precedentium animas, & tamen Abraham in requie ibi erat. Et quidam diues cum torqueretur apud inferos, cum uideret Abraham, leuauit oculos. Non enim posset eleuatis oculis Abraham uidere, nisi ille esset superius, et ille inferius. Et quid ei respondit Abraham, cum diceret: **Pater Abraham mitte Lazarum, ut intingat digitum suum, & stillet in linguam meam, quia crucior in hac flamma.** Fili (ait) memento quia recepisti bona in uita tua, Lazarus autem mala, nunc autem hic requiescit, tu uero torqueris. Et super hæc ait, inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut nec nos possimus uenire ad uos, nec inde aliquis uenire ad nos. Hæc ergo fortasse sunt duo inferna, quorum in uno quieuerunt animæ iustorum, in altero torquebantur animæ impiorum.

211a opt  
nio de di  
plici in  
ferno.  
Luc. 16.

¶ Vnde dictus sit Infernus. **Cap. V.**

Inferi eo, q̄ infra sint, latine appellantur. Sicut autem secundum corpus si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia grauiora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora. Vnde & in græca lingua origo nominis, quo appellantur inferi, ex eo quòd nihil suaue habeant, resonare perhibetur.

¶ Quales sint Inferi, uel si corporei sint. **Cap. VI.**

**E 2 Est**



## PROGNOST. IVLIA.

Inferi  
spiritales  
sunt sub  
stantie.

**S**T quædam (ut ait beatiss. Augustinus) inferorū  
c substantia, sed eam spiritualement arbitror esse, nō cor  
poralem. Nec audiendi sunt, qui affirmant inferos  
in hac uita explicari, nec esse post mortem. Videant enim  
quemadmodum poetica figmenta interpretentur, nos au  
tem ab autoritate diuinarum scripturarum, quibus solis de  
hac re fides habenda est, recedere non debemus.

¶ Qua ratione inferi sub terris esse credantur.

Cap. VII.

**N**e sub terris esse credantur inferi, si corporalia lo  
v ca non sunt: aut unde inferi appellentur, si sub terris  
non sunt (ut ait S. August.) merito queritur. Vnde  
sic idem doctor dicit. Ideo sub terris dicuntur inferi, uel cre  
duntur, quia congruenter in spū per illas corporali um rez  
similitudines sic demōstrat ut quō defunctorū anīa inferis  
digne carnis amore peccauerūt, hoc eis p illas corporalium  
rez similitudines exhibeat, quod ipi carni mortue solet, ut  
sub terra condatur.

¶ Quod animæ beatorum statim ut à corpore exe  
unt, in cœlum uadant.

Cap. VIII.

**E** his interroganti Petro, B. Gregoriū ita legimus  
d respondisse. Hoc neq; de omnibus iustis fateri pos  
sumus, neq; de omnibus negare. Nam sunt quo  
rundam iustorum animæ, quæ à cœlesti regno quibusdam  
adhuc mansionibus differuntur. In quo dilationis damno  
quid aliud innuitur, nisi quod de pfecta iustitia aliquid mi  
nus habuerint: Et tñ luce clarius cōstat, quia perfectorum  
iustorum animæ, mox ut huius carnis claustra exeunt, in  
cœlestibus sedibus recipiuntur. Quod & ipsa per se ueritas  
attestatur dicens: Vbicunq; fuerit corpus, illuc congrega  
buntur & aquilæ, quia ubi ipse redemptor noster est corpo  
re, illic proculdubio colliguntur & animæ iustorum. Et Pau  
lus dissolui desiderat, & cum Christo esse. Qui ergo Chris  
tum in cœlo esse non dubitat, nec Pauli animam esse in  
cœlo

Gregori.  
in Dialo.  
lib. 4. c. 25.

Matth. 24

phil. 1.

2o Cori. 5.

bona expo  
sicio



LIB. SECVNDVS.

coelo negat. Qui etiã de solutione sui corporis atq; inhabitatione patrie coelestis dicit. Scimus qm̄ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia ædificationem habem⁹ ex deo, domum nō manufactã, æternam in coelis.

¶ Quod nunc animæ defunctorum in quibusdam receptaculis teneantur. Cap. IX.

Tempus quod inter hominis mortem & ultimã resurrectionem interpositũ est, animæ abditis receptaculis continentur, sicut unaquæq; digna est, uel reque uel erumna, pro eo q̄ sortita est in carne dum uiueret.

¶ Quod animæ, quæ minus sanctitatis habuerint, & sic ex hac uita transierint, & si aliquando regnabunt, non tamen exeuntes à corpore statim collocantur in coelestibus. Cap. X.

Vltianus Pomerius dicit: Spiritus illi qui nec tã perfectæ sanctitatis hinc exeunt, ut ire in paradysum statim post depositionem corporum suorũ possint, non tam criminose aut damnabiliter uiuunt, aut ita in suis criminibus perseuerant, ut cum diabolo & angelis eius damnari mereantur, ecclesia pro eis hic efficaciter supplicante à pœnis medicinalibus expiati, corpora sua cum beata immortalitate recipient, ac regni coelestis facti participes, in eo sine ullo defectu suæ beatitudinis permanebunt.

¶ Quod ante resurrectionem corporũ non sic uideatur deus à sanctis spiritibus defunctorũ, sicut post resurrectionẽ uidebitur, & qualiter nunc corpora sua ipsæ animæ desiderant recipere. Cap. XI.

ITex hoc beatiss. Augustinus. Si quẽ mouet quid opus sit spiritibus defunctorũ, corpora sua in resurrectione recipere, si potest eis etiã sine corporibus summa illa beatitudo p̄beri: Difficilior quidem questio est, q̄ ut perfecte possit hoc sermone finiri. Sed tñ minime dubitandum est, raptam hominis à carnis sensibus mentem, & post mortem ipsa carne deposita, transcensis etiam simili

B 3 tudinis

Augu. in  
Euchirid  
dio c. 109

Ille Augustini. & talis  
ang. & forã etia as  
sunt purgatoriu  
q̄ hanc. Apos.

Cur  
opus est  
animab.  
corpora  
sua recipere.







ut & iniusti per omnia crucientur. Nam sicut electos beatitudo glorificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui ignis reprobos exurat.

¶ Quod qui semel in infernum proficiuntur, ibidem perpetuo erunt. Cap. XIII.

IN Salomonis lib. scriptū est; Lignū in quocumque loco ceciderit, siue ad austrū siue ad aquilonē, ibi erit; quia scilicet humana cū casus tpe siue sanctus siue malignus spūs egredientē animā à claustro carnis acceperit, in æternū secum sine ulla permutatione retinebit, ut nec exaltata ad supplicium proueat, nec mersa æternis supplicijs ultra ad remedium ereptionis ascendat.

¶ Quod non sit anima post separationem corporis priuata sensibus suis. Cap. XV.

IN Cassiani uoluminibus legimus, quod non sint ociosi se post separationem huius corporis anime, neque nihil sentiant, cū diues ille in inferno cruciari se in flā-

ma ad Lazarum pauperem clamat, & illud quod de cruce dominus ad latronem dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Quod illi nequaquam dominus promississet, si eius animam nosset post separationem carnis uel priuadam sensu, uel in nihilum resoluendam. Non enim caro eius sed anima erat paradysum ingressura cū Christo. Quibus dictis ( ut idem doctor enūciat ) manifeste probatur animas defunctorum non solum suis sensibus non priuari, sed nec istis quidem affectibus. i. spe atque tristitia, gaudio ac metu carere, & ex eis quæ sibi in illo generali examine reseruantur, quiddam eas iam incipere prægustare. Nec secundum opinionem quorundam infidelium, in nihilum eas resolui post huius commotionis excessum, sed uiuacius subsistere, deique laudibus intentius a dhærere. Nonne ultra omnis ineptiæ non dicā fatuitatē sed insaniam est, uel leuiter suspicari, illā preciosorem hominis portionem, in qua etiā imago dei secundum B. Apłm ac similitudo consistit, deposita hac, qua retunditur in presenti, farcina

Eccles. 11

Luce. 16

Ibid. 23

Affectus animarū post mortem.

Insanus pagano est error. Col. 3.



## P R O G N O S T . I V L I A N I

farcina corporali, insensibilem fieri, quæ omnē rationis uim in se continens, etiam mutam atq; insensibilem materiā carnis, participatione sui facit esse sensibilem, cum utiq; conſequens sit, & hoc rōnis ipsius ordo contineat, ut exuta mens ista carnali, quā nunc hebeatur, pinguedine, intellectuales uirtutes suas in melius reparet, & puriores eas ac subtiliores recipiat potius q̄ amittat. In rātum autē hoc q̄d dicimus beatus apost. uerē esse cognoscit, ut etiam optet ab hac carne discedere, ut separatione eius enixius ualeat dño copulari, dicens, desiderium habeo dissolui, & cū Christo esse, multo enim melius, quocq; dum sumus in corpore, peregrinamur à Christo, & idcirco audemus & bonam uoluntatem habemus magis peregrinari à corpore & pñtes esse ad deum, propter q̄d etiam contendimus siue absentes siue præsentes placere illi. Commorationem animę scilicet, q̄ in hac carne est, peregrinationem à dño atq; absentiam à Christo esse pronuncians, eiusq; ab hac carne separationem atq; discessum, pñtiam esse ad Christum, tota credulitate confidēs.

Phil. 1

2. Cori. 5.

¶ Quod animæ similitudinem corporum habeant, & in eadem similitudine corporali requiem sentiant uel tormenta. Cap. XVI.

Augu. su  
pra Gen.  
ad literā  
li. 12. c. 33.

**E** anima humana q̄ corporis similitudinem habeat **d** ista est doctoris egregij sententiā Augu. Ait enim: Profiteor animam habere posse similitudinem corporis, & corporalium membrorū. Hoc quisquis negat, pōt negare animā esse quæ in somnis uidetur, uel ambulare uel sedere, uel hac atq; illac gressu aut etiam uolatu atolare, q̄d sine quadam similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinem etiam apud inferos gerit, nō corporalem sed corpori similem, ita etiam in locis uidetur esse non corporibus sed corporalium similibus, siue in requie siue in dolore.

¶ Si anima cum sit incorporea, igne corporeo crucietur. Cap. XVII.

Si uiuentis



LIB. SECVNDVS.

Iuuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur nō post mortem cum incorporeus sit spiritus, etiā in corporeo igne teneatur? Teneri autē per ignem spiritum t̄ dicendū, ut in tormento ignis sit uis dendo atq; sentiendo. Ignem nanq; eo ip̄o patitur quo uidet, & quia concremari se aspicit, crematur. Sicq; fit, ut res corporea incorporeā exurat, dum ex igne uisibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur, ut per ignem corporeum mens in corporea etiam corporea flamma crucietur. Quamuis ex dictis et angelicis colligere possimus, quia incendium anima non solum uidendo sed etiam sentiendo patiatur. Veritatis enim uoce diues mortuus in inferno dicitur sepultus, Cuius anima, quia igne tenebatur, insinuat, qui Abraham deprecabatur, dicens: Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquā ut refrigeretur linguam meam, quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem diuitem damnatum ueritas in ignibus perhibet, quisnam sapiens, reproborum animas teneri ignibus neget.

forte & dicim⁹,

Luce. 16.

*Nota qd hanc auctoritatem  
et somp. Augustini sup  
capite xximo.*

¶ Quod unus sit gehennæ ignis, sed non uno modo cruciet peccatores. Cap. XVIII.

Nus quidem est gehennæ ignis, sed nō uno modo omnes cruciat peccatores. Vnusquisq; etem quantum exigit culpa, tm̄ illic sentiet & pœnam. Nam sicut in hoc mundo sub uno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorem æqualiter sentiunt, quia & alius plus æstuat, & alius minus: ita illic in uno igne nō unus est modus incendiij, quia quod hic diuersitas operum, hoc illic agit diuersitas peccatorum, ut & ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

*similitudo*

¶ Quod post mortem ignis purgatorius esse creditur. Cap. XIX.

¶ Purgatorium ignem post mortem esse, multorum tractatorū cognouimus sententijs diffinitum. Inter quos Augustinus egregius doctor, licet eū in hac

F uita



PROGNOSTIC. IULIANI

uita fidelibus, accidere posse testes, tamen & post mortem diffinit eum pro leuibus culpis quibusdam esse futurum, contestans quod idem ipse ignis purgatorius qui nunc a quibusdam continetur & paruus putatur, multo grauior existat, quam quicquid potest homo pati in hac uita. Gregorius quoque de hoc purgatorio igne sic dicit. Pro quibusdam leuibus culpis esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est pro eo quod ueritas dicit, quia si quis sancto spiritui blasphemiam dixerit, neque in hoc seculo neque in futuro remittetur ei, In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam uero in futuro posse relaxari. Quod enim de uno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen ( ut predixi ) hoc de paruissimis fieri peccatis posse credendum est, sicut est assiduus otiosus sermo immoderatus risus, uel peccatum cure rei familiaris, que uix sine culpa uel ab ipsis agitur qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt, aut non in grauibus rebus error ignorantia, que cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac uita positus minime fuerint relaxata. Nam et cum Paulus dicat, Christum esse fundamentum, atque subiungat. Siquis superaedificauerit super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides preciosos, lignum, fœnũ, stipulam. unius cuiusque opus quale sit, ignis probabit, si cuius opus manserit quod superaedificauit, mercedem accipiet; si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quamuis hoc de igne tribulationis nobis in hac uita adhibito possit intelligi, tamen si quos hoc de igne in cura purgationis accipiat, pensandum sollicitè est, quia illud dixit per ignem posse saluari, non qui super hoc fundamentum ferrũ, es, uel plumbum ædificat, id est peccata maiora, & ideo duriora, atque tunc iam insolubilia, sed ligna, fœnũ stipulam id est peccata minima atque leuissima, que ignis facile consumat. Hoc tamen sciendum est, quia illic saltem de minimis nihil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis actibus in hac adhuc

*Augu. de  
uera et  
falsa pe  
nitent. c. 13*

Gregor.  
in di. 10.  
li. 4. c. 39.  
Matt. 12.

Peccat.:

*Peccata purgentur in purgatorio*

1. Cori. 3.



LIB. SECVNDVS.

adhuc uita positus, ut illic obtineat promereatur.

¶ Quòd alius sit purgatorius ignis, quo pleriq; saluantur, alius ille ignis in quo impij Christo iudicante mergendi sunt. Cap. XX.

b Eato Augustino distinguente didicimus, quòd alter sit ignis ille futurus, de quo impijs domino iudicante dicendum est, *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, alter ille qui purgatorius proprie appellatur, propter eos qui per illum salui sũt. Per illum enim, qui futurus est impijs, nullus saluabitur, quia iuxta quod scriptum est, ibunt hi in supplicium æternum. Per istum autem ignem qui & probat & purgat, saluatio promittitur manifesta Nam iuxta quod prædictus Doctor ait, Si ignem illum loco isto uoluerimus accipere, de quo dominus dicit *sinistris, Discedite à me maledicti in ignem æternum*, ut in eo etiam isti esse credantur, qui edificant super fundamentum ligna, fœnum, stipulam, eosq; ex illo igne post tempus pro malis meritis impartitum liberet boni meritum fundamenti, quid arbitramur dextros, quibus dicendum est, *Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum*, nisi eos qui ædificauerunt super fundamentum aurum, argentum, lapides præciosos. Sed in illum ignem de quo dictum est, sic tamen quasi per ignem, si hoc modo est intelligendus, utriq; mittendi sunt, & dextri scilicet & sinistri. Illo quippe igne utriq; probandi sunt, de quo dictum est, *Dies enim declarabit*, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si ergo utriq; probabit ignis, ut si cuius opus manserit, id est, non fiunt igne consumptum quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius autem opus arserit, damnũ patiatur, profecto non est ipse æternus ille ignis. In illum em̄ soli sinistri nouissima & perpetua damnatione mittentur, iste autẽ ignis dextros probat: sed alios eorum sic probat, ut ædificium qd̄ super Chrm̄. s. qui est

Mat. 25.

In purgatoris non ibit hedi a sinistris.  
1. Cor. 3.

*atq; nũ fuerit*

*Quom̄ p̄bat ignis & malos & bonos*



## PROGNOST. IULIANI

fundamentum ab eis inuenerit esse constructum, non exu-  
rat atq; consumat, alios autem aliter. i. ut quod superædifi-  
cauerunt ardeat, damnūq; inde patiantur, salui fiant autē,  
q; Christum in fundamēto stabiliter positum p̄cellentī cha-  
ritate tenuerunt. Qui autē salui fient, profecto ad dexteram  
stabunt, & cum cæteris audient, Venite bñdicti patris mei,  
possidete paratū uobis regnum. Non ad sinistram, ubi erūt  
illi qui salui non erunt, & ideo audient: Discedite a me male-  
dicti in ignem æternum. Nemo quippe ab illo igne saluabi-  
tur, quia in supplicium æternum illi omnes ibunt, ubi uera  
mis eor; non morietur, & ignis eor; non extinguetur.

Marc. 9.

¶ Quod purgatorium ignem non post ultimum iudiciū, sed ante aīæ p̄ferant mortuor;. Cap. XXI.

Augu. de  
ciui. dei li-  
bro 21. c. 17.  
15. et 16.

E pœnis purgatorijs, q; ante illud ultimū iudiciū  
d fiant S. Augusti. definitam ponens sententiam ait:

Nos quidem in hac mortali uita esse quasdam pœ-  
nas purgatorias confitemur, sed temporales pœnas ali; in  
hac uita tantum, ali; post mortem, ali; & nunc & tunc. Ver-  
runtamen ante illud iudiciū seuerissimū nouissimūq;  
patiuntur, non autē ueniunt omnes in sempiternas pœnas, q;  
post illud iudiciū sunt futuræ, qui post mortem sustinent  
tpales Nam quibusdam quod in isto non remittitur, remit-  
tet in futuro sæculo. i. ne futuri sæculi æterno supplicio pu-  
niantur. Vnde & post aliqua idem doctor: Quisquis ergo  
(ait) pœnas cupit euadere sempiternas, non solum baptize-  
tur, uerum etiam iustificetur in Christo, ac si uere transeat a  
diabolo ad Christum. Purgatorias autē pœnas nullas futu-  
ras opinetur, nisi ante illud ultimum tremendūq; iudici-  
um. Tanti ergo doctoris cōfirmati sententia fatemur, quod  
purgatorius hic ignis ante ultimū iudiciū fiat, & ignē illū in  
quo oēs impij Christo iudicante mergendi sunt ante cedat.

¶ Verum hi qui in purgatorio igne saluandi sunt,  
usq; ad tempus resurrectionis, an infra crucientur.

Cap. XXII.

Puto



LIB. SECVNDVS.

Uto q̄ sicut non omnes reprobī qui in æterno igne  
**p** mergendi sunt, una eademq̄ supplicij qualitate da-  
 mnandi sunt, sic omnes qui per purgatorias pœnas  
 salui esse credantur, non in uno eodemq̄ spacio cruciatum  
 spūs sustinebunt, ut quod in reprobis agit̄ur discretione pœ-  
 narum, hoc in istis qui per ignē saluandi sunt, mensura tem-  
 poris agitetur. Sed tanto illis minus uel maius ignis purgas-  
 torij extendetur supplicium, quantum hic minus uel ampli-  
 us bona transitoria dilexerūt, iuxta illud quod B. Augusti,  
 in suis lib. de pœnis purgatorijs agens, inter cætera ait: Ta-  
le aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, &  
utrum ita sit quæri potest, & aut inuenire aut latere, nōnul-  
los fideles per ignem quendam purgatorium q̄to magis mi-  
nusue sua bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusq̄  
saluari, non tamen tales de qualibus dictum est, q̄ regnum  
dei non possidebunt, nisi conuenienter pœnitentibus eadē  
crimīna remittantur. Conuenienter autem dixi, ut steriles  
in elemosynis non sint.

*Iuxta dictiois hanc  
 transitoria me fuisse  
 et in ignis purgatorij  
 Augli. in cruciatu  
 Enchir.  
 ca. 69.*

*1. Cor. 6.  
 Gal. 5.*

¶ Quod ad tribulationem purgatorij ignis mors  
 ista debet pertinere carnis. Cap. XXIII.

E purgatorijs pœnis doctor egregius disputas Au-  
 gust. potest, ait, ad istam tribulationē pertinere eti-  
 am mors ista carnis, quæ de primi peccati perpetra-  
 tione concepta est, ut secundum cuiusq̄ edificium tempus  
 quod eam sequitur ab uno quoq̄ sentiatur. Persecutiones  
 quoq̄ quibus martyres coronati sunt, & quas patiunt̄ qui-  
 cunq̄ Christi probantur, utraq̄ ædificia sicut ignis, & alia  
 consumunt cum ipsis ædicatoribus, si Christum in eis nō  
 inueniunt fundamentum. Alia uero sine ipsis si inueniunt,  
 quia licet cum damno, salui erunt ipsi, alia uero non consu-  
 munt, quæ talia repperunt quæ maneat in æternum.

*Mors  
 pro Chri-  
 sto susce-  
 pta pur-  
 gat ut  
 ignis.*

¶ Vtrum animæ mortuorum se inuicem post mor-  
 tem carnis recognoscant, simulq̄ & de his qui se in  
 hac uita non uiderunt, utrum illic animæ noticia

F 3 sui pers-



PROGNO. IULIANI

fui perfruantur.

Cap. XXIII.

Luc. 16.

¶ Vòd se animæ defunctorum exuta à corporibus res  
 q cognoscere possint, testatur Euangelista cum dicit:

Factum est ut moreretur mendicis, & portaretur  
 ab angelis in sinu Abrahæ. Mortuus est aut & diues, & sep-  
 ultus est in inferno. Eluans autem oculos suos cum esset in  
 tormentis, uidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius;  
 Et ipse dixit: Pater Abraham mitte Lazarum, ut intingat  
 extremum digiti sui in aqua, ut refrigeret linguam meam,  
 quia crucior in hac flamma. Ecce quò diuitis anima Laza-  
 ri pauperis spm cognoscebat. Ex quo non est dubitandum  
 q se defunctorum spiritus in illa regione pariter recognoscant,  
 Possunt enim & boni bonos, & mali cognoscere malos. Si  
 enim (ut ait S. Gregori.) Abraham minime recognouisset  
 Lazarum, nequaquam ad diuitem in tormentis positum de trãse  
 acta eius cõtritione loqueretur, dicens, q mala receperit in  
 uita sua. Et si mali malos non recognoscerent, nequaquam di-  
 ues in tormentis positus fratrum suorum etiam absentium  
 meminisset. Quò enim pntes non possent agnoscere, qui eti-  
 am pro absentium memoria curauit exorare? Qua in re il-  
 lud quoque ostenditur, quia & boni malos, & mali bonos co-  
 gnoscunt, Nam & diues ab Abraham cognoscitur, cui di-  
 ctum est, recepisti bona in uita tua. Et electus Lazarus à re-  
 probo est diuite cognitus, quem mitti pccatur ex nomine di-  
 cens: Mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua,  
 ut refrigeretur linguam meam. ¶ In qua fidelis cognitione  
 utriusque partis cumulus retributionis exerefcit, ut & boni  
 amplius gaudeant, qui secum eos lætari conspiciunt, quos  
 amauerunt, & mali dum cum eis torquentur quos in hoc  
 mundo despecto deo dilexerunt, eos non solum sua sed eti-  
 am eorum pœna consumat. Fit autem in electis quiddam mira-  
 bilis, quia non solum eos agnoscunt, quos in hoc mundo  
 nouerunt, sed uelut uisos ac cognitos recognoscunt bonos  
 quos nuncq uiderunt. Nam cum antiquos patres in illa æter-  
 na hærea

¶ Noscent  
 se munit  
 anime de  
 functorum

¶ Ad quid  
 prodest  
 notitia  
 in altero  
 seculo.

Boni in yatriis  
 quibus in hac  
 uita uiderunt  
 et quos nunc  
 uiderunt cognoscunt



## LIBER III.

nia hæreditate uiderint, eis incogniti per uisionē non erunt, quos in opere semper nouerunt. Quia enim illic oēs communi claritate deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciant, ubi scientem omnia sciunt?

¶ Vtrum animæ beatorū orare audeant pro his quos in inferno sciunt esse deputatos. Cap. XXV.

Rant pro inimicis suis eo tempore animæ beatorū,

• (ut ait S. Gregor.) quo possunt ad fructuosam penitentiam eorū corda conuertere, atque ipsa conuersione saluare.

Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod ait Ap[osto]lus, ut deus det illis penitentiam ad cognoscendam ueritatem, & respiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius uoluntatem. Et quomodo tunc pro illis orabitur, qui iam nullatenus possunt ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari. Eadem quippe causa est, cur non oretur tunc pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc etiam causa est, ut non oretur pro diabolo angelisque eius æterno supplicio deputatis: quæ etiã causa est, ut non orent sancti homines pro hominibus infidelibus impiisque defunctis, quia de his utique quos æterno deputatos supplicio iam nouerunt, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suæ merita cassari refugiunt. Quod si nunc quoque uiuētes iusti mortuis & damnatis iniustis minime copatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne se perpeti etiam ipsi nouerunt, quanto districtius tunc iniquorum tormenta respicient, quando ab omni uitio corruptionis exuti iam, iustitiæ uicinijs atque arctius inherebunt. Sic quippe eorum mentes per hoc quod iustissimo iudici inhaerent, uis districtiōnis obsorbet, ut omnino eis non libeat, quod quid ab illius internæ regulæ subtilitate discordat.

¶ Vtrum animæ mortuorum orent pro salute uiuentium charorum. Cap. XXVI.

I sepultus diues in inferno Abraham pro fratribus

• orat, ut commoneantur, ne & ipsi in loca tormentorum deueniant, quomodo piorum animæ & maxime in re-

quie con-

*quid est orandum  
2. Tim. 2. inimicis*

pro damnatis  
non est  
orandum.

Sancti  
damnatis  
non commo-  
patisitur



PROGNOST. IULIA.

Sancti  
soliciti  
pro salute  
charorum.

Sap. 9.

Consuetudo ecclesie circa  
mortuos.

quæ constituta charorum superstitem creduntur sollicitudinem amisisse. Orare ergo possunt pro salute uiuentium, in quantum à dño permittuntur. Nam utiq; recordari ueraciter pnt, quos in hoc sæculo positi dilexerunt. Sensum enim, quo uiuentes cum uiuentibus fuerunt, nõ amisisse, sed liberiores illic habere credendæ sunt, ubi onere corporali grauari non pnt. Nam iuxta diuinam sententiam, corpus corruptibile aggrauat animam. Anima ergo quæ nunc corpore grauat, liberior corpore absoluta efficitur. Est igitur anima post mortem & sensus integer, & memoria plena. Anima ergo quæ illic certo recordationis officio utitur, proximo dulcedinis recordatur. Recordans ergo quos amauit in sæculo, commendare eos pot p̄cibus Christo, quanq; nihil aliud orationes fidelium defunctorum animarum q̄ desideria eorum accipiantur. Illud quoq; dico, q̄ celeberrima sit in hac re cõsuetudo fidelium, cum se morituris commendant, & memores eos sui esse præoptant. Sic martyribus cum morerentur, superstitem charorum se familiaritas commendauit, sic quotidie piorum se turba fidelium euocadis ab hoc sæculo electis animabus committit, & ut sui semper sint memores poscit. Nec enim fides uiuentium id à transeuntibus posceret, si apud se certum haberet, q̄ in nullo eos posset iuuare, post mortem. Sed quia tantæ autoritatis sollicitudo non p̄terit, sequens rei multotiens effectus probauit, cum ea quæ pleriq; uiuentes à morientibus sibi fieri petunt, etiam sine dilationis damno percipiunt. Hæc ergo mihi uideatur de hac obiecta quæstiuncula ratio, quã & si sub ipsis uerbis, ut est à maioribus euoluta, non inuenio, ipso tñ sensu definitam à doctoribus puto, quanq; & si aliquid ex hoc ab eis definitum repperero, illorum potius sententiam assequar.

¶ Vtrum contristari uel lætari possint animæ defunctorum pro uiuentium charorum salute, seu tristitia aut qualibet cura uiuorum moueantur.

Cap. XXVII.  
Si nulla



LIB. SECVNDVS.

In nulla esset mortuis cura de uiuis, non utiq; diues ille, qui torquebatur in inferno, sollicitus esset pro fratribus suis, dicens ad Abraham: Rogo te pater, ut mittas Lazarum in domum patris mei, habeo em quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum tormentorum. Ita ergo mortui curam pnt habere de uiuis, quibus nesciant quid in presentia agatur a nobis, sicut uiuentes curam habemus de mortuis, quamlibet ignoremus quid agatur ab illis. Si enim nulla pro mortuis cura esset u uentibus, non utiq; pro eis dominum oblati crebro sacrificijs pcaremur. Hæc & his similia S August. in suis uoluminibus docens, hoc unum ponit exemplum quod non est mediocriter admirandum. Audiuimus (ait idem doctor) quod cum debitum repeteretur a quodam defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente a patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissime cœpit, atque mirari, quod ei pater moriens non dixerit, quid deberet, cum fecisset etiam testamentum. Tunc ei nimis anxio apparuit idem pater eius in somnis, & ubi esset reconditum, quo illa cautio uacuata fuerat indicauit. Quo inuento iuuenis atque monstrato, non solum falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat quando est pecunia persoluta. Hic utiq; putatur anima hominis curam gefisse pro filio, & ad eum uenisse dormientem, ut docēs quæ ignorabat, magna molestia liberaret.

Luc. 16.

Augu. de cura pro mort. c. u

Nota

Quod omnes spiritus, qui iam ad beatam uitam transferunt, nos ardentem secum gauisuros expectent, & quia non sit illis perfecta lætitia usquequo pro nostris erroribus doleant. Cap. XXVI.

His ita Origenes doctor in suis dogmatibus docet, dicens Non enim hinc discedentes sancti continuo integra meritorum suorum premia consequuntur, sed expectant etiam nos, licet morantes, licet desides. Non enim est illis perfecta lætitia, donec pro erroribus nostris

Sancti non contenti sumus sine nobis.

Accidit talis intellige

G stris



PROGNO. IULIANI

*Hec verba sano m. in  
redige*

Hebr. ii.

Secreti  
extremi  
iudicij  
1. Cor. 12.

viso pro  
phetico.  
Ezech. 37

stris dolent & lugent nostra peccata. Hoc fortasse mihi discenti non credas. Quis enim ego sum qui confirmare sententiam tanti dogmatis audeam? Sed adhibeo horum testem, & de quo non potes dubitare Magister enim gentium est in fide & veritate apostol. Paulus. Ipse igitur ad Hebraeos scribens cum enumerasset omnes sanctos patres qui per fidem iustificati sunt, addidit post omnia etiam hoc. Sed isti, inquit, omnes testimonium habentes per fidem, nondum assecuti sunt repromissionem, deo pro nobis melius aliquid providente, ut ne sine nobis perfectionem consequerentur. Vides ergo quia expectat adhuc Abraham, ut quae perfecta sunt consequatur. Expectat & Isaac & Iacob, & omnes prophetae expectant nos, ut nobiscum perfectam beatitudinem capiant. Propter hoc etiam mysterium illud in ultimum die dilati iudicij custoditur. Vnum enim corpus est quod iustificari expectatur. Vnum corpus est, quod resurgere dicitur in iudicio, Licet enim sint multa membra, sed unum corpus non potest oculus dicere manui, non es mihi necessaria. Etiam si sanus sit oculus, & non sit turbatus, quantum pertinet ad videndum, si desint reliqua membra quae erit oculo laetitia, aut quae videbit esse perfectio, si manus non habeat, si pedes desint, aut reliqua membra non assint. Quia & si est praecellens aliqua oculi gloria, in eo maxime est, ut vel ipse dux sit corporis vel caeterorum membrorum non deseratur officijs. Hoc autem nos & per illam Ezechielis prophetae visionem doceri puto, cum dicit congregandum esse os ad os, & iuncturam ad iuncturam, & nervos & venas & pellem, ac singula locis suis esse reparanda. Denique uide quid addidit propheta, Ossa inquit ista non dixit omnes homines sunt, sed dixit ossa ista domus Israel sunt. Habebis ergo laetitiam de hac uita discedens si fueris sanctus; sed tunc erit plena laetitia, cum nullum tibi membrum corporis desit. Expectabis enim & tu alios, sicut ipse expectatus es. Quod si tibi qui membrum es, non uideatur esse perfecta laetitia



LIB. V. SECVNDVS.

ticia si desit aliud membrum: quanto magis dominus & saluator noster, qui caput totius corporis est, non sibi perfectam dicit esse laticiam, donec aliquid ex membris deesse corpori suo uideret?

¶ Vtrum possint scire mortui quid agant uiui.

Cap. XXIX.

Atendum est (ut ait beatissimus Augustinus) nescire quidem mortuos quid hic agatur a uiuis, sed dum hic agitur, postea uero audire possunt ab eis quae hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia sed quae significantur indicare, qui sumuntur etiam ista meminisse, & quae illos, quibus haec indicant, oportet audire. Primum & ab angelis quae rebus, quae aguntur, hic praesto sunt, audire aliquid mortui, quod unumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta subiecta sunt. Nisi enim essent angeli qui possent interesse & uiuorum & mortuorum locis, non dixisset dominus Iesus. Contigit autem mori inopem illum, & offerri ab angelis in sinum Abrahae. Possunt etiam spiritus mortuorum aliquae, quae hic aguntur quae necessarium est nosse, non solum praesentia uel praeterita, uerum etiam futura spiritu dei reuelante cognoscere, sicut non omnes homines, sed prophetae, dum hic uiuerent, cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quae illis esse reuelanda dei prouidentia iudicabat.

¶ Vtrum possint mortui uiuentium oculis uisibiliter apparere, & si hic credi oportet. Cap. XXX.

X hoc etiam, praedictus doctor, sic ait: Mitti ad uiuos aliquos ex mortuis, sicut e contrario Paulus ex uiuis in Paradysum raptus est, diuina scriptura testatur. Nam Samuel propheta defunctus uiuo regi Sauli etiam futura praedixit, quamuis nonnulli non ipsum fuisse qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquem spiritum tam magis operibus congruentem, illius existiment figurasse similitudinem, cum liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Syrach scripsisse legitur, & propter eloquij nonnullam similitudinem

G 2 Salo

Christus  
alio reo  
spectu  
perfectis  
suis h  
letitiam/  
quia un  
rit eu deo  
us oleo le  
ticiae pra  
consortio  
bus suis.  
Augu. de  
cura pro  
mort. c. 15

Luc. 16.

Aug. ubi  
supra.  
2. Cor. 12.  
1. Reg. 28

Samuel.

Ecl. 46.



## PROGNOST. IULIANI

Salomonis pronuntiatur, contineat in laude patrum q̄ Sa-  
muel & mortuus prophetauerit. Sed & si huic libro ex He-  
braeis, quia in eorum non est canone, contradicitur, quid de  
Moyse dicturi sumus, qui certe & in Deuteronomio mor-  
tuus, & in Euangelio cum Helya, qui mortu⁹ non est, legi-  
tur apparuisse uiuentibus.

¶ Quod sanctorum & non impiorum animæ noue-  
rint, quid agi possit à uiuentibus. Cap. XXXI.

Redendum omnino est, q̄ sicut uiuentes mortuorū  
gestis interesse non possunt, ita & à defunctis cau-  
sæ uiuentium nesciantur, quam tamen ignoratiā

sanctorum animæ (ut conijcimus) nullatenus sentiunt, quæ  
uidentem omnia deum sciunt, & scientem omnia contem-  
plantur. Nam & B. Gregorius in lib. moralium loco illo, q̄  
testimonium illud de uerbis Iob tractare uidetur, ubi ait:  
Sive nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles nō intelligit, ita  
definiens dicit, Sicut enim hi, qui adhuc uiuentes sunt, mor-  
tuorum animas quo loco habeantur ignorant, ita mortui  
uitæ in carne uiuentium post eos qualiter disponantur ne-  
sciunt, quia & uita spiritus lōge est à uita carnis, & sicut cor-  
porea atq; incorporea diuersa sunt genera, ita etiam distin-  
cta cognitione. Quod tamen de animabus sanctis sentien-  
dum non est, quia quæ intus omnipotentis dei claritatē uis-  
dent, nullo modo credendum est, quia sit foris aliquid quod  
ignorent, sed carnales quicq; quia amorem præcipuum fili-  
is impendunt, hoc eos B. Iob nescire postmodū asserit, qd  
hic uehementer amauerunt, ut siue nobiles siue sint ignobi-  
les filij nesciant, quorum eos cura semper fatigabat.

¶ Vtrum post aduentum mediatoris ad inferos, ex  
quo sanctis referatum est iter ad coelos, aspicere uale-  
ant aut boni malos in doloribus constitutos, aut ma-  
li bonos in requie positos. Cap. XXXII.

¶ Cce, Evangelista testante, didicimus, q̄ mortuo di-  
uite illo & sepulto in inferno, paupere quoq; illo La-  
zaro

Moyse.

Matt. 17

Gregori.

Iob. 14.

Damna-  
ti nesciūt  
que hic  
aguntur.

Sancti  
sciunt in  
Deo.

Luc. 16.



zaro in sinu Abrahæ in requiem collocato, & diues in infernum collocatus, Abraham & Lazarum pauperem uiderit, & Abraham diuitem illum positum in tormētis aspexit. Et hæc siquidem ante aduentum Christi apud inferos gesta esse accipimus. Cæterum cum dominus & saluator noster pro nobis omnibus moriēs, ad inferna in anima sola descendit, patriarchis, qui in locis inferi tenebātur, cœlestis paradyli ianuā referauit. Quia ergo ita est q̄ illos & de inferis eruit, & in cœlesti regione locauit, non immerito quæritur, utrum modo Abraham cæteriq̄ sancti, de illo loco cœlestis paradyli, quo resurgēte Christo, sunt locati, possint ita uidere impiōrum animas in inferno, sicut de illo loco unde moriente Christo eductæ sunt, facere potuerunt. Hanc siquidem quæstionem, sicut modo hic à me uidetur proponi, occupato mihi diuersis negotiorum tumultibus, ubi legerim non occurrit. Hoc unum tantum de hac re ex Omeijs Grego. papæ legisse me recolo, ubi ait. Credendum est, q̄ ante retributionē extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciant, ut uidentes eos & conspicientes in gaudio nō solum de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti uero in tormentis semper intuentur iniustos, ut hinc eorum gaudium crescat, quia malum eorum conspiciunt, quod misericorditer euaserunt, tantoq̄ maiores ereptori suo gratias referant, quāto uident in alijs quid ipsi perpeti, si essent relictī, potuerunt. Nec illam tantæ beatitudinis claritatem apud iustorum animas fuscata conspecta pœna reprobatorum, quia ubi iam compassio miseræ nō erit, minuere proculdubio beatorum lætitiā non ualebit. Quid autē mirz, si dū iniusti iniustoz tormenta conspiciunt, hoc eis adauget obsequia gaudioz, q̄n & in pictura niger color substernit, ut albus ul' rubeus clarior uideat. Et quis eis sua gaudia ad perfruendū plene sufficiant, mala tñ reprobatorū absq̄ dubio sp̄ aspiciunt, quia q̄ creatoris sui claritē uident, nihil in creatura agitur quod uidere non possint.

G 3 Contra

Os de  
patribus  
in para  
dyso cele  
sti.

Risio ex  
b. Grego.

Iustoz  
gaudij  
de pena  
damnato  
roz.



PROGNOSTIC. IULIANI

¶ Contra eos qui dicunt q̄ nulla sit animæ uita post mortem. Cap. XXXIII.

Assianus ait: Qui mortui sunt corpore, deū spiritu

Dante. 7.  
Psal. 150

Apoc. 6.

Mat. 22.

Exodi. 3.

Hebre. 11.

¶ benedicunt atq; collaudant, secundum illud: Benedicite dominum spiritus & animæ iustorū, & omnis spiritus laudet dominum. Et in Apocalypsi, Animæ occisorum nō solum laudare dominum, sed etiam interpellare dicuntur. In Euangelio quoq; euidentius dominus ad Saducæos: Non legistis, inquit, quod dictum est à deo dicente uobis: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac & deus Iacob. Non est deus mortuorum sed uiuentium, Omnes enim ei uiuunt: de quibus & Apostolus, Propter quod (inquit) non confunditur deus uocari deus eorum, parauit enim illis ciuitatem sanctam. Beato quoq; Augustino, cæterisq; doctoribus multis locis & multiplicibus libris id asserentibus.

¶ Vnum prædicti uiri exēplum breuiter memorabo, quo huiusmodi roboretur assertio. ¶ Frater quendam gennadium medicum sibi notissimum atq; charissimū refert apud Carthaginem fuisse, quem erga pauperum curam impigra misericordia facillimoq; animo benignissimum extitisse testatur. Qui tamen gennadius dubitabat utrum esset ulla uita post mortem. Huius ergo mētem & opera misericordiae cum deus nullo modo desereret, apparuit illi in somnis conspicuus iuuenis & dignus, eiq; dixit: Sequere me. Quem dum sequerē uenit ad quandā ciuitatē, ubi audire cœpit à dextra sonos suauissimæ cantilenæ, ultra solitam notamq; suauitatem. Tunc illo intento quid nā esset hymnos esse dixit beatorū atq; sanctorū. A sinistra autē parte quid se uidisse retulerit, nō satis memini. Euigilauit & somnium fugit, tantumq; de illo quātum de somno cogitauit. Alia uero nocte ecce idem ipse iuuenis eidē rursus apparuit, atq; ab illo utrū cognosceretur interrogauit. Respondit se quidem eum bñ pleneq; cognoscere. Tūc ille q̄siuit ubi se nosset, nec memoriæ defuit iste idipsum iterum respondere. Totumq; uisum illum

Nota

lego ¶  
fratrem  
Historia  
se exēplū  
de eo/  
quod ani  
ma sine  
corpore  
fuit post  
mortem.



illum hymnosq; sanctorum, ad quos audiēdos eo dūce uenerat, quia recentissimū recordabatur, facile narrauit. Hinc ille percunctatus est, utrum nam id quod narrauerat, in somnis uideret an uigilans. Respondit: In somnis. At ille homini, breue inquit recolis, uerum est, in somnis illa uideristi, sed etiam nunc in somnis te uidere scias. Hoc cum audisset ita credidit esse, atq; id responsione firmauit. Tunc qui hominem docebat adiecit, & ait. Vbi est modo corpus tuum? Ille respōdit. In cubiculo & in lectulo meo. Scis ne (inquit ille) eodem corpusculo nec esse illigatos, sed clausos & ociosos oculos tuos, nilq; illis oculis te uidere? Respondit. Scio. Tunc ille. Qui sunt ergo isti oculi, quibus me uides? Ad hoc iste non inueniens quid responderet, obticuit. Cui hæsiti, ille quod his interrogationibus docere moliebatur aperuit. Et continuo. Sicut (inquit) illi oculi carnis tuę utiq; in dormiente atq; in lectulo iacente nunc uacant nec aliquid operantur, & tamen sunt isti quibus me intueris, ista uideris uisione: ita cum defunctus fueris, nihil agentibus oculis carnis tuę uita tibi inerit, qua uiuas, sensusq; quo sentias. Caue iam deinceps ne dubites uitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis ablatam dicit huius rei dubitationem.

¶ Contra eos quibus parum uidetur quod post mortem carnis, animæ in quadam corporali similitudine quædam læta uideant, uel tristia sentiant, & q; exp̄siora sint sibi uel læta uel tristia uisa, quàm hic uideri p̄nt ab anima per somnium. Cap. XXXIII.

¶ Vamuis non sint corporalia uisa sed similia corporalibus, quibus animæ corporibus exuta afficiuntur seu bene seu male, cum & ipsæ animæ corporibus suis similes sibi met appaerant: sed tñ & uera lætitia & uera molestia factę de substantia spiritali. Nā & in somnis magnū interest, utrū in lætis an in tristib⁹ simus. Vñ in reb. quas concupierant cōstituti, quidam se euigilasse doluerūt, & rursus

Ante  
post mor-  
tem uere  
sentiant  
magis  
quā in so-  
mno aut  
extasi.



PROGNOST. IULIA.

& rursus grauibus terroribus, atq; cruciatibus exagitati, atq; uexati, cum expergefacti essent, dormire timuerūt, ne in eadem mala reuocarentur. Et utiq; dubitandum nō est, q̄ expressiora sint illa, quæ inferna dicuntur, atq; ob hoc uehementius sentiantur. Nam & qui subtracti sunt sensibus corporis, minus quidem quàm si omnimodo morentur, sed tamen amplius, quàm si dormirent, expressiora se uidisse narrarunt, quàm si somnia narrauissent.

¶ Quòd renumerationem habere credantur animæ defunctorum ante resurrectionis illius ultimū tempus. Cap. XXXV.

a Nimæ beatorum mox ut de huius corporis domicilio exeunt, donec ueniatur ad resurrectionis illius ultimum tempus, sola iucunditate sp̄itus perfruntur, attestante Iohanne de animabus occisorum, propter uerbum dei, & dicente: Datae sunt illis singulae stolæ albae. Hæc ergo prima stola est quietis atq; iucunditatis, qua post mortem carnis anima tantum perfruitur, secunda illa erit, cum, recepto corpore, de animæ & carnis immortalitate lætabitur.

2poc. 6.

*Due stollæ dantur  
q̄ iusto dantur  
una in resurrectione  
refertur in alio*

¶ Quòd post depositionem corporis huius, statim uideatur à sanctis sp̄itibus deus. Cap. XXXVI.

b Eatissimus Cyprianus doctor clarus & martyr dei magnificus, ad Fortunatum scribens de exhortatione martyrij, sic inter cetera dicit. Quanta est dignitas & quanta securitas exire hinc lætum, exire inter pressuras & angustias gloriosum, claudere in momento oculos, quibus homines uidebantur & mundus, et aperire eosdem statim, ut deus uideatur & Christus. Tā foeliciter migrandi quanta uelocitas, terris repente subtraheris, ut in regnis cœlestibus reponaris. Hæc oportet mente & cogitatione complecti, hæc die ac nocte meditari. Tanti ergo doctoris exhortatione instructi, ueraciter tenere debemus, q̄ nequa quàm post mortem uisione dei fraudabimur, sed eo cum læticia perfru-

*Hic martir  
beatiss. ab eis  
migrans  
Quam se  
lic mors  
martyrii*



LIB. SECVNDVS.

ticia perfruemur, si hic in beneplacitis sibi operibus uixerimus.

¶ Quòd etiam modo sanctorum animæ cum Christo in cœlis regnent. Cap. XXXVI.

¶ Sanctus Augustinus definitione certissima cupiens docere, q̄ non solum martyrum sed electorum fidelium animæ iam modo cum Christo regnent in cœlo, de Apocalypsi Iohannis testimonium illud ponit ubi legitur, q̄ animæ occisorū propter testimonium Iesu, & propter uerbum dei regnent cum Christo mille annis, animæ scilicet martyrum nondum sibi corporibus suis redditis. Quæ ne aliquis putaret q̄ tantum martyrum, non etiam cæterorum fidelium animæ cum Christo regnarent, subiungit idē doctor dicens. Neq̄ enim piorum animæ mortuorum separantur ab ecclesia, quæ nunc est etiam regnum Christi, alioḡ nec ad altare fieret eorum memoria in cōicatione corporis Christi, nec aliquid prodesset ad eius baptismum in periculis currere, nisi illo finiatur hæc uita, nec ad recōciliationem, si forte per pœnitentiam malamve conscientiam quisq̄ ab eodem corpore separatus est. Cur enim fiunt ista, nisi quia fideles etiam defuncti membra sunt eius? Quamuis ergo cum suis corporibus nondum sint, iam tñ eorum animæ regnant cum illo. Nam nunc & quotidie desiderant duplicationem beatitudinis, quam accepturi sunt post, & ipsa eorū desideria clamoris eorum sunt quodammō uerba, quibus deum deprecantur, ut extinctorum corporum resurrectionem recipiant. Magnus quippe eorum clamor, magnum est desiderium. Tanto em̄ quisq̄ minus clamat, quanto minus desiderat, & tanto maiore uocem in aures dei exprimit, quanto se in eius desiderium plenius fundit. Si enim desiderium quodammō sermo non esset, propheta non diceret Desiderium cordis eorum audiuit auris tua. Quibus sanctis animabus iā datæ sunt singulæ stolæ albæ. i. ipsa illa beatitudo cœlestis, in qua nunc gaudentes exultant. Dicitūq̄ est illis Re-

H quiescite

240c. 20

Desideria animarum martirum clamor et uerba dei p̄nt.

psalm. 9  
240c. 6.



## PROGNOSTIC. IULIANI

quiescite tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorū & fratrum uestrorum. Desiderantibus igitur animabus, requiescite tempus adhuc modicum, dicere est, inter ardorem sancti desiderij, ex ipsa sua presentia eis dominum solaciū consolationemq; aspirare. ¶ Regnum itaq; animarum eorum ut diximus iam nunc cum illo est, dum isti anni mille decurrunt. Vnde hoc in eodem libro & alibi legitur: Beati mortui qui in domino moriuntur, ammodo enim iam dicit spiritus, ut requiescant a laboribus suis, nam opera eorum sequuntur eos. Regnat itaq; cum Christo nunc primum ecclesia in uiuis & mortuis, propterea em̄ (sicut dicit Apostolus) mortuus est Christus ut & uiuorum & mortuorum dominetur. Sed ideo tantummodo martyrum animas commemorauit, quia ipsi p̄cipue regnant mortui, qui usq; ad mortem pro ueritate certabant. Sed a parte ad totum etiam ceteros mortuos intelligimus, pertinentes ad ecclesiam quod est regnum Christi,

Regnum  
animarū  
cū Chrō.  
Apo. 14.

Rom. 14.

¶ Explicit Liber Secundus.

## INCIPIUNT CAPITV

la lib. tertij prognosticorū, De re  
surrectione mortuorum.

- 1 Quòd tempus & diem iudicij nullus hominū nouerit.
- 2 Virum specialis locus esse credatur, ubi iudicium a domino agitabitur.
- 3 Quòd nullus hominū nouerit per quot dies futurum illud iudicium extendatur.
- 4 De terrore aduentus Christi, & q̄ in ea forma qua iudicatus est, in ipsa ad iudicium ueniet, & iudicium agitabit.
- 5 Quòd præeunte cruce sua Christus ad iudicium ueniet. Et quòd eadem crux angelorum humeris Christo de cœlis descendente portabitur.

De ter



C A P. L I B R I I I I.

- 6 De terrore & horrore uisionis diaboli, cum sublatus fuerit, ut ad iudicium adducatur.
- 7 Quòd Christus ad iudicium ueniens, mitis iustis, & terribilis apparebit iniustis.
- 8 Quòd Christum in carne ad iudicium uenientem, & iusti & iniusti carnis oculis sunt uisuri.
- 9 Quomodo non pater, sed tantum, filius ad faciendum iudicium uenturus esse credatur.
- 10 Quòd non pertineat ad hanc uitam, cum Christus ad uiuos & mortuos iudicandos de cælo descenderit.
- 11 De sedibus iudicantium.
- 12 De his qui cum domino ad iudicandum sessuri sunt.
- 13 Quòd in p̄nominatis à Ch̄o duodecim sedibus, nō tm̄ duodecim apl̄i sessuri credendi sunt, sed omnis perfectorū numerus qui in duodenario nūero partietur.
- 14 De ultima resurrectione corporum humanorum.
- 15 Quòd septimo angelo tuba canente, in ic̄tu oculi erit resurrectio mortuorum.
- 16 Quòd ad omnes homines pertineat resurrectio, immutatio uero tantum ad sanctos.
- 17 Quòd non aëreum corpus, sed caro quam gerimus sine ulla corruptione resurgat.
- 18 Quomodo spiritalia tunc corpora habere credamur, quum futura corpora non spiritus sed corpora uerissime approbentur.
- 19 De qualitate corporū q̄ in resurrectione futura sunt.
- 20 In qua ætate uel statura futuri sint resurgentes, siue sint senes, siue iuuenes, uel infantes.
- 21 Utrum æquales an diuersæ futuræ sint staturæ uel figuræ resurgentium corporum. Et utrum macri cū eadem macie, aut pingues cum eadem pinguedine, in resurrectione futuri sint.
- 22 Quòd sine aliqua deformitate sanctorum resurgenda sunt corpora.



## CAPITVLA

- 23 Quòd superfluum fit quærere de reprobatorum corporibus, in qua mensura corporis uel ætate resurgant.
- 24 Quòd uiri uel foeminae in proprio sexu resurgant.
- 25 Quòd nulla resurgentes, cibi ac potus cura sollicitet.
- 26 Quòd carnalibus indumentis natura nostra non egeat.
- 27 De abortiuis infantibus, & quia ex quo incipit homo in matris utero uiuere, extunc credatur ad resurrectionem ultimam pertinere.
- 28 De his qui cum maiore uel minore membrorum numero, uel qui duobus corporibus & capite uno, uel cætero genere monstruose nascuntur, qualiter resurgaturi credantur.
- 29 Quòd hi qui nunc à bestiis comeduntur, aut diuersa laniatione truncantur, resurgentes integritatē sui corporis obtinebunt.
- 30 Quòd hi qui de hac uita debiles exierunt, cum suis integris membris in resurrectione futuri sunt.
- 31 Vtrum in resurrectione quicquid unguibus uel capillis nostris per tonsuram uel secationem detractum est reintegrari credatur.
- 32 Qualiter resurgaturi sunt illi qui de massa perditionis discreti non sunt.
- 33 De ordine futuri iudicij.
- 34 De bonorum malorumq; separatione.
- 35 Quòd ipsa separatio bonorum à malis, per angelica ministeria fiat.
- 36 Quòd separatis in dexteram partē bonis, in sinistram uero reprobis, libri, id est, conscientiae singulorum aperti erunt.
- 37 De auditu malo à quo iusti non timebunt.
- 38 De præcipitatione diaboli, & perditione impiorum.
- 39 Qualis sit liber de quo Iohannes dicit, q̄ omnes qui tūc non fuerunt inuenti in libro uitæ scripti, in stagnum ignis mittantur.

Apoc. 20.

Quòd



LIB. TERTII.

- 40 Quòd in igne impiorum corpora durent absq; sua consumptione.
- 41 Quomodo dæmones futurus ille ignis exurat.
- 42 De diuersitate pœnarum pro diuersitate meritorum.
- 43 Contra eos qui scrupulosissime querunt, qualis sit ignis ille futurus, uel in qua mūdi parte haberi possit.
- 44 Quòd post damnationem impiorum sequatur remuneratio electorum.
- 45 Quòd peracto iudicio transiet forma serui, in qua Christus iudicium agitabit, & sic tradet regnum deo & patri.
- 46 De conflagratione ignis, qua iste mundus dī interire.
- 47 Qd̄ finito iudicio incipiet eē coelū nouū & terra noua
- 48 Quòd in coelo & in terra noua non omnes resurgētes, sed tantum sancti futuri sint.
- 49 Contra eos qui dicunt, si post factum iudicium erit cōflagratio mundi, ubi tunc esse poterunt sancti, quo non contingantur flamma incendij.
- 50 De remuneratione sanctorum & regno, cum Christus præcogens se & transiens ministrabit illis.
- 51 Quòd mali tunc nesciant quid in gaudio agatur beatorum, boni tñ sciant quid agāt in supplicijs miserorū.
- 52 Quòd in isto corpore, in quo modo sumus, in coelis tūc & portari & habitare possimus.
- 53 Vtrum subtiliores tunc motus corporis habeamus, an tales erunt, sicut modo habere uidemur.
- 54 Vtrum per corporeos oculos, quibus nūc cernimus solem & lunam, uideatur tunc deus.
- 55 Quòd ea uisione tunc deum uidebimus, qua nūc eum angeli uident.
- 56 Quòd arbitrij libertate, multo plus firmiore quàm in hac uita sancti omnes uisuri sunt, in quo tamē peccare non possunt.
- 57 Qd̄ ibi tūc obliuionē p̄ter & recordationē habebim⁹.



PROGNO. I V L I A N I

- 58 De diuersitate meritorum & præmiorum, in qua tamē nullus nulli sit iniurus.
- 59 Quòd infatigabiliter deum laudabunt sancti.
- 60 Quòd sine fine deum uidebimus, & q̄ ipse sit finis desideriorum nostrorum.
- 61 Quòd ipse deus tunc nobis erit in p̄m̄ium, & q̄ tūc honesta nostra desideria mirifice impleantur.
- 62 De fine sine fine, in quo deum laudabimus infinite.
- ¶ Explicunt Capitula.

INCIPIIT LIBER

TERTIUS PROGNOSTICORUM, De Resurrectione mortuorum.

¶ Quòd tempus & diem iudicij nullus hominum nouerit. Cap. I.



**I**UDICII tempus uel diem incognitum nobis dominus uoluit esse. Sic enim interrogantibus se de ultimo die discipulis atq; dicentibus. Quod signum aduentus tui erit, & consumptionis sæculi, respondisse eundem dominum legimus. De die autem illa & hora nemo scit, neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi pater solus. Quamq; hoc ipsum qd se dicit nescire, non arbitrandus est hoc ipse filius ignorare, sed q̄ sic sciat ut nolit alijs dicere. Nam cū dicat idem dominus per prophetam, dies ultionis in corde meo, indicat se quidem scire, sed nolle hominibus indicare.

¶ Vtrum specialis esse credatur locus, ubi iudicium domini fiet. Cap. II.

**Q**uid ex hoc in alijs codicibus legerim, nō facile mihi occurrit. Hoc tamen Iohel propheta uaticinante cognouimus, q̄ in ualle Iosaphat tpe iudicij omnes gentes

Mat. 24.  
Marc. 13

Quō fili  
us nescit  
diem uel  
dicij.  
Esa. 63.

Judicia  
in ualle  
Iosa-  
phat.



LIB. TERTIVS.

gentes à dño iudicandæ sunt. Sic enim sanctus idem propheta ait. In diebus illis & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iudæ & Hierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam eos in ualle Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi. Sed hæc prophetiæ uerba quomodo Hieronymus sentiat audiamus, ut ex illius uerbis locus iste Iosaphat ubi iudicium dicitur agitari, utrum proprie ac figuraliter intelligi debeat melius lector agnoscat. Dicit enim idem beatus Hieronymus. Iosaphat interpretatur dei iudicium. Hoc ergo est qd dicit, quando misertus fuero eorum, hoc est, qui mei nominis cōfessione censentur, tunc omnes aduersarios meos deducam in uallem Iosaphat, hoc est, in uallem iudicij. Omnes autem gentes aut omnes designat incredulas nationes, aut omnes dæmones dicit, quia sicut idem doctor in eodem tractationis subsequit opere. Isti tales, id est, quas aut incredulas nationes aut dæmones dicit, non iudicabuntur in montibus aut in campestribus, sed in profundo & deorsum, ut statim iudicij locus ipsis pro pœna sit.

Johel. 3.

Hierony.

Josaphat.

¶ Quod nullus hominum nouerit, per quot dies futurum illud iudicium extendatur. Cap. III.

¶ Vòd in confessione ac professione tenet omnis Ecclesia dei, Christum de cœlo futurum esse ad uiuos ac mortuos iudicandos, ut ait beatissimus Augustinus, Hunc omnes iudicij ultimum diem dicimus, id est, futurum nouissimum tempus. Nam per quot dies futurum iudicium tendatur, incertum est.

¶ De terrore aduentus Christi, & quòd in ea forma qua iudicatus est, in ipsa ad iudicium ueniet, & iudicium agitabit. Cap. IIII.

¶ Manipotens dei filius in ipso mundi termino, in ea qua ascendit ad cœlos corporis forma, ad iudicium cum omnibus sanctis ueniet. Illo em̄ de cœlis ad iudicium ueniente, iuxta qd ipse in Euāgelio dixit, uirtutes cœlorum cōmouebuntur, & tūc apparebit signū filij hominis in cœlo

Quanta  
cū mate  
state dñs  
ueniet.  
Mat. 24.



PROGNOST. IVLIA.

Mat. 24.  
Luc. 21.

1. Tess. 4.

psal. 49.

Esai. 5.

in caelo, & tunc plangent se omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa, & mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quattuor uentis caeli à summo caelorum usque ad terminos eorum. Paulus quoque apostolus ita de aduentu iudicij sui dicit. Ipse autem dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de caelo. Ignis enim ante eum (Psalmista predicente) ardebit, & in circuitu eius tempestas ualida, quia idem qui aliquando uenit ut iudicaretur occultus, tunc ueniet ut omnes iudicet manifestus. Congregatis ergo omnibus sanctis suis ad faciendum iudicium, de caelo est descensurus, iuxta illud quod Esaias dicit: Ecce dominus ueniet cum sanctis suis, ad faciendum iudicium. **Tremendus ergo ualde & pauendus adueniet in die examinis sui, quando cum angelis & archangelis, thronis & dominationibus, ceterisque uirtutibus, caelis quoque ac terris ardentibus, cunctisque in sui obsequij terrore commotis, uisus fuerit in gloria maiestatis.**

¶ Quod praeeunte cruce sua Christus ad iudicium ueniet, & quod eadem crux angelorum humeris, Christo de caelis descendente, portabitur. **Cap. V.**

Mat. 24.

Differunt  
aduentus  
Christi et  
Antichristi  
ii.

¶ Iohannes Chrysostr. hanc quaestionem liquidissime uentilans, ita diffiniens ait: Videamus quomodo cum cruce sua ueniet Christus. Necessarium est enim hoc ipsum ostendere. Si dixerint (inquit) Ecce in promptuarijs est Christus, ecce in solitudine, nolite credere, de secunda presentia gloriae suae dicens, propter pseudochristos & falsos prophetas, propter antichristum, ne aliquis errore praeventus, in falsum incidat Christum. Quomodo Christi saluatoris aduentum praueuiet antichristus, ideo sollicitè praueuendum est, ne quis pastorem quaerens, lupum inueniat. Ob hoc praedico tibi, unde dinoscas ueri pastoris aduentum, Hoc dedit signum. Haec enim fuit uoluntas eius ut primus aduentus latentè fieret, & quaereret quod perierat, Secundus uero aduentus non



LIB. TERTIVS.

uentus non ita. Sed simpliciter ait: **Quemadmodum** (ingit) fulgur exiens ab oriente apparet in occidente, ita erit aduentus filij hominis. Subito enim omnibus apparebit, nec erit indigens quisq; interrogare seu hic siue illic est Christus. Quemadmodum enim cum fulgur emicuerit nō egemus inquirere si facta sit coruscatio, ita cum reuelatio presentie eius effulserit, non indigemus interrogare an uere sit Christus. Sed q̄ q̄ritur, Si cum cruce ueniet, nec enim promissæ expositionis oblitus sum. Audi igitur subsequentiā. Tunc, inquit, qm̄ uenturus est, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. **Tanta** enim erit eminentia splendoris in Christo, ut etiam cœli clarissima luminaria præ fulgore diuini luminis abscondantur. Tunc & stellæ cadent, quum apparuerit signum filij hominis in cœlo. Considerasti quanta sit uirtus signi, hoc est crucis, sol obscurabitur, luna non dabit lumen suū. **Cru**x uero fulgebit, & obscuratis luminibus cœli delapsisq; syderibus sola radiabit, ut discas, qm̄ crux & luna & sole præclarior est, quorum splendorem diuino illustrata fulgore superabit. Et quemadmodum ingrediente Rege in ciuitatem exercitus antecedit, p̄ferens signa atq; uexilla regalia, & ambitu p̄parationis armisq; annunciat regis introitum, Ita dño descendente de cœlis p̄cedit exercitus angelorum & archangelorū, qui signum illud triumphale uexillum sublimibus humeris p̄ferentes, diuinum regis cœlestis ingressum terris trementibus nunciabunt. Item idē doctor post aliqua sic repetit. **Sed quare crux apparebit tunc,** & quam ob causam in eius p̄latu dñs adueniet, ratio perspicua est, ut agnoscant consiliū iniquitatis suæ, qui dñm maiestatis crucifixerunt. Per hoc enim signum, impudēs Iudeorum redarguitur impietas. Et qm̄ propter hoc ipsum hñs crucem ueniet. Audi ipsum in Euangelio protestantem, quia tunc plangent omnes tribus terræ, uidentes accusatorē suum ipsam crucem, & ipsa arguente cognoscent peccatum suum sero, & frustra impiam fatebuntur cæcitatē. **Quid**

I autem

Mat. 24

Gloria  
Crucis  
Christi  
in iudicio

Exercitus  
angelorū

Mat. 24  
Mat. 24



PROGNOSTIC. IULIANI

aūt miraris si crucē afferēs ueniet, ubi etiā ipsa uulnera ostēdet tunc: Qm̄ uidebunt, inquit, in quem compunxerunt.

¶ **D**: terrore & horrore diaboli uisionis, cum sublatu fuerit, ut ad iudiciū perducatur. **Cap. VI.**

¶ **V**m sublatus fuerit diabolus ut dānetur, multi electi, qui in corpore sunt inueniendi, dño ad iudiciū ueniente, metu concutiendi sunt, uidentes tali sen-

Terrore  
illo pur-  
gabitur  
homines  
Job. 41.

tentia impiū esse punitum. Quo terrore purgandi sunt, quia si quid eis ex corpore adhuc peccati remanserit, metu ipso, quo diabolū damnari conspiciūt, purgabūtur. Hinc est quod ait dñs ad Iob, Cum sublatus fuerit impius, timebunt angeli, & exterriti purgabuntur, angelos uidelicet sanctos quosq; atq; electos uolens intelligi.

¶ **Q**uod Christus ad iudiciū ueniens, mitis iustis, & terribilis apparebit iniustis. **Cap. VII.**

¶ **E**lemptor humani generis cum apparuerit, & mitis iustis, & terribilis erit iniustis. Quem enim mansuetum aspicient electi, hunc eundem pauēdum atq; terribilem conspicient reprobi. Sed hunc ideo electi terribilem non uidebunt, quia modo terrorem illius considerare non desinunt; & ideo reprobi terribilem illum conspicient, quia modo ultimi illius iudicij postponunt terrorem, & qd peius est, quasi securi in suis fecibus iacent.

Cur iniu-  
stis uide-  
bitur ter-  
ribilis.

¶ **Q**uod Christū in carne ad iudiciū ueniētē, & iusti & iniusti carnis oculis uisuri sunt. **Cap. VIII.**

Diuinita-  
tem Chri-  
sti iniusti  
non uide-  
bunt.  
Esai. 26.

¶ **C**hristus dei filius cum ad iudiciū uenerit facie dum, omnes pariter humanitatē eius & iusti & iniusti uisuri sunt, Diuinitatem tamen eius iniusti nō uidebunt, quæ iustis tantum uidenda promittitur. Nam qd ab iniustis tunc diuinitas eius non uideatur, testatur Esaias cum dicit: Tollatur impius ne uideat gloriam dei, Ex quo apertissime patet, quia reprobi tunc humanitatē utiq; Christi, in qua iudicatus est uidebunt, ut doleant, diuinitatem uero eius non uidebunt ne gaudeant. Quibus enim diuinitas ostenditur



ALIB. TERTIVS.

ostenditur, utiq; ut gaudeant demonstratur.

¶ Quō non pater sed tantum filius ad faciendum iudicium uenturus esse credatur. Cap. IX.

It ex hoc beatiss. Augustinus, Neq; ad iudicium uiuorum & mortuorū p̄r ipse uenturus est, nec tñ recedit à filio pater, quomodo non ipse uenturus est? quia non ipse uidebitur in iudicio. Videbunt in quē pupugerunt. Forma illa erit iudex quæ stetit sub iudice, illa iudicabit, q̄ iudicata est. Iudicata est em̄ inique, iudicabit iuste. Nam & cum in propheticis literis ad nouissimū iudicium faciendum dñs legitur esse uēturus, & si eius alia distinctio non ponatur, tamen propter ipsum iudicium Christus debet intelligi, quia & si pater iudicabit, per aduentū filij hominis iudicabit. Nam ipse per suā p̄ntiā manifestationem nō iudicat quemq; sed omne iudicium dedit filio, quia manifestabitur homo iudicaturus sicut homo iudicatus est.

¶ Q̄ nō ptineat ad hanc uitā, cū Ch̄s ad uiuos & mortuos iudicandos de cœlo descēdit. Cap. X.

On est consequens, ut ad hanc uitā pertinere credamus, cum Christus de cœlo descendēs iudex omnibus apparuerit manifestus. Nam iuxta p̄fixam B. Augustini sententiam, q̄d de Ch̄o profite mur futurū, quō de cœlo uēturus est uiuos iudicaturus & mortuos, nō pertinet ad n̄ram uitam quæ hic peregrinat, quia nec in rebus gestis eius est, sed in fine sæculi gerendis. Ad hoc ptinet q̄d Ap̄lus secutus adiunxit, Cum Christus apparuerit uita nostra, tunc & uos apparebitis cū ipso in gloria. ¶ Viuos & mortuos aut̄ cum uenerit iudicabit, quia & iusti qui utiq; uiuunt, & mortui, qui merito mortui appellantur, ab illo utiq; iudicandi sunt. Siue ut uiuos intelligamus, quos hic nondū mortuos, sed adhuc in ista carne uiuētes inuentus est eius aduentus, mortuos autem qui de corpore priusquam ueniat exierunt uel exituri sunt.

¶ De sedibus iudicantium, Cap. XI.

I 2 Sedes

Christus  
ut hō iud  
dicabit.  
Iacobi. 12

Ioh. 5. 6

Coloss. 3. 6

Qui dicat  
tur uiuus  
et qui  
mortuus



PROGNOST. IULIA.

Edes dicimus, quas Græci thronos appellât. Thronos autē Græci sellas dicunt. Sancti quamlibet ipsi sint sedes dei, iuxta quod scriptum est: Anima iusti sedes sapiētia. Ipsi tñ sedes habebunt, in quibus Christo ius dicante sessuri sunt, iuxta qđ ipsa ueritas dicit. Vos qui secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.

Sapl. 7.  
Mat. 19.

¶ De his qui cum domino ad iudicandum sessuri sunt. Cap. XII.

Vce clarius constat, quòd omnes sancti qui perfecti esse mundum reliquerunt, cum domino residentes ceteros iudicabunt. Tunc quoq; implebitur illud quod in diuinis literis legit. Nobilis in portis uir eius, quando sedebit cum senatoribus terræ.

proverb.  
ultimo.

¶ Quòd in prænominatis à Christo duo decim sedibus, non tantum duodecim apostoli sessuri sunt, sed & omnis perfectorum numerus qui in duodenarium numerum parcietur. Cap. XIII.

Augu. de  
ciuit. dei.  
li. 20. c. 5.

Sanctus Augusti. ita ex hoc in suis tractatibus dicit: Non enim quia super duodecim sedes sessuros esse ait dñs discipulos suos, duo decim solos homines cū illo iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe numero uniuersa quædam significata est iudicantium multitudo, propter duas partes numeri septennarij, quo significatur plerūq; uniuersitas. Quæ duæ partes. i. tria & quattuor altera per alteram multiplicatæ duodecim faciunt. Nam & quattuor ter, & tria quater duodecim sunt, & si qua alia huiusmodi duodenarij numeri quæ ad hoc ualeat rō reperit.

Numero  
septena-  
rio signi-  
ficatur  
uniuersi-  
tas.

Alioquin quò in locum Iudæ traditoris apostolum Matthiam legimus ordinatum. Apost. Paulus qui plus omnibus illis laborauit, ubi ad iudicandū sedeat non habebit. Qui profecto cum alijs sanctis ad numerū iudicum se pertinere demonstrat, cum dicit. Nescitis quia angelos iudicabimus. De

Paulo cū  
Chro in  
dicabit.

1. Cor. 6.

ipsis



ipsis quoque iudicandis in hoc numero duodenario similis causa est. Non enim quia dictum est iudicantes duodecim tribus Israel, tribus Leui, quæ tertiadecima est, ab eis iudicanda non erit, aut solum illum populū, non etiam cæteras gentes iudicabunt. ¶ Quod autem ait in regeneratione, proculdubio mortuorum resurrectionem nomine uolunt regenerationis intelligi, Sic enim caro nostra regnabitur per incorruptionem, quemadmodum est anima nostra regnata per fidem.

Regeneratio.

De ultima resurrectione corporum humanorum.

Cap. XIII.

**E**surrecturam carnem omnium quicumque nati sunt aut nascentur hominum, & mortui sunt atque morientur, nullo modo debet dubitare omnis qui ueraciter christianus est, dicente dño; Amen dico uobis quia uenit hora quā mortui qui in monumentis sunt audient uocem filij dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Johan. 5

¶ Quod septimo angelo canente tuba, in ictu oculi & in momento erit mortuorum resurrectio. Cap. XV.

Eatus Hierony, quorundā de resurrectione disputantium sententias in epi. sua, quam ad Mineruum scripsit, interserens ita dicit: Querimus, cur de tuba nouissima mortuos scripserit Ap̄tus resurrecturos. Quā autē nouissima dicitur, utique alia præcesserunt. In Apocaly. Iohannis septem angeli describuntur cū tubis, & unoquoque clangente, primo uidelicet, secundo & tertio, quarto & quinto, & sexto, quid per singulos actū sit indicatur. Nouissimo autē, id est, septimo claro tubæ strepitu personante, mortui suscitantur, corpora quæ prius habuerunt corruptibilia incorrupta recipientes. Pro eo tñ quod de resurrectione mortuorum ait Ap̄tus, omnes resurrecturos esse in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, tanta (ait prædictus doctor) fiet celeritate resurrectio mortuorum, ut uiui quos in corporibus suis cō-

1. Tess. 4

Nouissima tuba  
Apoc. 16

In ictu oculi.



## PROGNOST. IULIANI

sumationis tempus inuenerit, mortuos de inferis resurgentes prauenire non ualeant. Quoniam enim dicit in puncto temporis, & in ictu oculi, atque momento futuram esse omnium resurrectionem, cunctam primae & secundae resurrectionis excludit fabulam, ut alij primi, alij nouissimi resurrecturi esse credantur. Item post aliqua idem dicit: Hoc sentire debemus quod quomodo leuis pluma uel stipula, aut tenue siccumque folium uento flatuque raptatur, & de terra ad sublime facile transferretur. Sic ad oculum & nutum dei, omnium mortuorum corpora mouebuntur, parata in aduentum iudicis.

1. Cor. 15.

¶ Quod ad omnes homines pertineat resurrectio, immutatio uero tantummodo ad sanctos. Cap. XVI.  
Ecce dicit Apostolus. Canet tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Sed non sicut bonorum & malorum generalis est resurrectio omnium, ita communi esse credenda est immutatio. Nam iuxta quod beatus Augustinus, Hieronymus, Iulianus Pomerianus, ceterique testantur, resurrectio communis omnibus erit bonis & malis, immutatio autem solis danda est iustis, quae utique glorificationem insinuat aeternae beatitudinis.

Eugenius Tolosanus.

2. Cor. 5.

¶ Quod non aereum corpus, sed caro, quam nunc gerimus, sine ulla corruptione sui resurgat. Cap. XVII.  
Vllo modo audiendi sunt, qui pro carne nescio quid corpus resurrecturum fabulantur aereum. Sed iuxta sacrae historiae ueritatem in hoc, quo uiuit, unusquisque resurrecturus est corpore. Nam ut ceteros taceam, egregij praceptoris nostri Eugenij Tolosanae Sedis Antistitis, breuiter haec uerba retexam. Resurrectionem (ait) carnis uerissimam confitemur, non ut quidam delirant, ut in aerea uel qualibet alia carne surgamus, sed in hac qua sumus & uiuimus, in qua etiam aut pro recte factis coronam, aut pro male gestis unusquisque merebitur percipere poenam.

¶ Quomodo spiritalia tunc corpora credantur habere, quum futura corpora non spiritus, sed corpora uerissime



LIBER III.

rissime approbentur.

Cap. XVIII.

**E**rsurgent sanctorum corpora sine ullo uitio, sine ul  
 r la deformitate, sicut sine ulla corruptione, onere, dif  
 ficultate. In quibus tanta facilitas, quanta felicitas  
 erit. Propter quod spiritualia dicta sunt, cum proculdubio  
 corpora futura, caro non spiritus sint, Sed sicut nūc corpus  
 animale dicitur, quod tamen corpus nō anima est, ita tunc  
 spirituale corpus erit, corpus tamen non spiritus erit.

Qualia  
 erunt cor  
 pora in  
 sanctorum.

¶ De qualitate corporum quæ in resurrectione fu  
 tura sunt.

Cap. XIX.

**V**alitas eorum corporum (ut ait Iulianus Pomeri  
 q us) quam miseri uel beati recipient, æqualiter qui  
 dem incorruptibilis & immortalis erit, sed eorum  
 ipsorum qui ea recepturi sunt, loca uel merita incompara  
 biliter diuersa erunt, & à se inuicem longe distantia. Vnde  
 dicit Apłus: Omnes quidem resurgemus, sed non omēs im  
 mutabimur. Quòd enim dicit omnes resurgemus, unā tan  
 tum resurrectionem omnium hominum signat, ut omnia  
 hominum corpora una in corruptione atq; immortalitate  
 donata, aut in supplicio aut in p̄mio possint esse perpetua.  
 Ac per hoc omnes & simul resurrecturi credendi sunt, sed  
 impij ad supplicium, peccatores ad illud finale iudicium, &  
 sancti omnes ad præmium. Igitur corpora miserorū non sic  
 incorruptibilia uel immortalia erunt, ut, quæ corrumpi aut  
 mori non poterūt, nullum sensum doloris admittant, sed ut  
 in eternis cruciatibus cōstituta, summus dolor, nec corrup  
 pat cruciando nec perimat. Ac sic ad hoc caro immortalis  
 cum sua anima condemnata, uiuit ut sentiat, sentit ut dole  
 at, & dolet ut meritis suis digna recipiat.

Corpora  
 immorta  
 lia etiam  
 malorū.

1. Cor. 15.

Quæ im  
 piorū cor  
 pora erit  
 incorru  
 ptibilis.

¶ In qua ætate uel statura sint futuri resurgentes, siue  
 sint senes, siue iuuenes, aut etiā infantes. Cap. XX.

**L**etisq; pertinaciter ac uarie de hac quæstione cer  
 p tantibus, beatiss Augustinus rñsurum se perhibens  
 dicit, Si dixerimus ad dñici corporis modum quo  
 rumcunq;



PROGNO. IULIANI

175 erit  
omnium  
equalia  
corporu.

Eph. 4.

Resurget  
mus in  
mensura  
etatis  
Christi. i.  
iuuenilis

Julian.  
Pomeri.

Ætas et  
statura.

runcunq; maiora corpora redigenda, peribit de multorum corporibus plurimum, cum ipse nec capillum periturus esse promiserit. Restat ergo ut suam recipiat quisq; mensuram quam uel habuit in iuuentute, etiam si senex est mortuus, uel fuerat habiturus si est ante defunctus. Atq; illud quod cōmemorauit Apost. de mensura ætatis plenitudinis Christi, sic accipiamus dictum, ut nec infra nec ultra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorū, sed in eius ætatis robore usq; ad quam Christū hic peruenisse cognouimus. Circa xxx. quippe annos diffinierunt esse etiam sæculi huius doctissimi homines iuuentutem, quæ cum fuerit spacio proprio terminata, inde iam hominē in detrimenta uergere grauioris ac senilis ætatis, & ideo non esse dictū in mensuram corporis uel in mensuram staturæ, sed in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Resurgēt ergo omnes tam magni corpore q̄ uel erant, uel futuri erāt ætate iuuenili. Quāuis nihil oberit, etiam si erit infantilis, uel senilis in corpore forma, ubi nec meritis nec ipsius corporis ulla remanebit infirmitas. Vnde etiam p̄dictus doctor sequēter adiungit, Siquis in eodē corporis mō quo defunctus est, resurrecturum unumquēq; contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnādum. Iulianus quoq; Pomerius quid de hoc senserit non tacebo. Sane ait de ætate nihil esse quæstionis existimo, qm̄ siue in utero, siue iam nati uita priuentur infantes, in ea resurrecturi esse credatur, ad quam profecto essent si uiuerent annis procedētibus peruenturi, quia si naturam resurrectio reparabit, aliquid deesse plenitudinī naturæ non poterit. Quod etiam p̄dictus doctor similiter fieri, & de his qui prouecta ætate moriuntur astruxit, dicēs: Is quoq; qui hinc prouecta uel decrepita ætate decesserit, ea ætate resurget, in qua iuuenis fuit, debilitate senectutis ablata. Aut si hoc magis congruit illi sæculo beato, in quo omnes sancti sine ullo beatitudinis suæ defectu uēturi sunt, ut aliqua ætatum differentia ibi futura sit, sic erit ibi, ut quicquam im-



LIB. TERTIVS.

quam impedimento aut dedecori sine fine regnātibus non sit. Itemq; subiungit, Quod de ætate diximus, hoc idem de statura licet intelligi.

¶ **V**trum æquales an diuersæ sint futuræ staturæ uel figuræ resurgentium corporū. Et utrum macri cum eadem macie, aut pingues cum eadem pinguedine in resurrectione sint futuri. **Cap. XXI.**

**E**statura corporis, in quo omnes generaliter resurgendi recturi sunt, **B. Augustinus** manifesta disertione pronuncians dicit: Non est consequens ut ideo diuersa statura sit reuiuiscantium singulorum, quia fuerat diuersa uiuentium, aut macri cum eadem macie, aut pingues cum eadem pinguedine reuiuiscant. Sed si hoc est in consilio creatoris, ut in effigie sua cuiusq; proprietates, & discernibiles similitudo seruetur, in cæteris aut corporis bonis equalia cuncta reddantur, ita modificabitur illa in unoquoq; materies, ut nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuerit ille suppleat, qui etiam de nihilo potuit quod uoluit operari. Si autem in corporibus resurgentiū rationalis inæqualitas erit, sicut est uocū quibus cantus impletur, hoc fiet cuiq; de materie sui corporis, quod & hominem reddat angelicis coetibus, & nihil inconueniens eorū ingerat sensibus.

Qualis materies corporū.

¶ **Q**uod sine aliqua deformitate sanctorum corpora resurgant. **Cap. XXII.**

**E**rsurgent sanctorū omnium corpora omni foelicitate & gloria immortalitatis cōspicua, sicut sine ulla corruptione, difficultate uel onere, ita sine ulla deformitate. In quibus (ut ait **S. Augustin.**) tanta foelicitas, quanta facilitas erit. **Nam idem doctor ipsas quoq; cicatrices in corporibus martyrum posse quidem uideri docet, sed sine ulla deformitatis intuitu, id fieri perhibet.** Non enim (ut idem doctor egregius ait) deformitas in eisdem corporibus, sed dignitas erit, & quædam quamuis in corpore, non corporis sed uirtutis pulchritudo fulgebit.

Cicatrice ad dignitatem erit martyrum.

**K** Quod



## PROGNOSTIC. IULIANI

¶ Quod superfluum sit querere de reprobis corporibus, in qua mensura corporis uel ætate resurgant. Cap. XXIII.

In dñis  
tis non  
erit cor  
porum  
decor.

r. Sint, superflue quaeritur, quoniam in eis qui à beata luce et ab illo decore domus aeternae alieni manebunt, statura quae decori solet esse exquiritur, quia iuxta quod quidam sapiens ait, ubi erit dentium stridor aeternus, & incessabilis fletus, inaniter quaeritur corporum decus.

¶ Quod uiri uel foeminae in proprio sexu resurgant. Cap. XXIII.

Eph. 4.  
Uterque  
seruus res  
surgat.

p. Letici propter hoc quod dicit Apostolus, donec occurramus ei in uirum perfectum, omnes foeminas in uirili sexu resurgere credunt, pro eo quod uir de limbo, mulier uero ex uiri latere facta sit. Nos autem catholicorum magistrorum sententiam eruditi, hoc credimus, hoc tenemus, quod omnipotens deus qui utrumque sexum condidit, instituit ac redemit, utrumque etiam in resurrectione restituet. Nam Christus dominus de muliere tentatus, quae amissis septem uiris quos habuerat, hinc ipsa quoque transisset cum quaereretur ab eo, in resurrectione cui eorum potissimum redderetur, respondit, quod in resurrectione nec foeminae nubent, nec uiri uxores accipient. Ex quibus sacratissimis uerbis apertissime patet, quod ibi non sexus sed concubitus desit, nec carnis sit natura mutanda, sed eius concupiscentia finienda. Nam Beatus Augustinus hanc quaestionem in suis tractatibus uersans, melius mihi (ait) sapere uidentur, qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido erit ibi, quae confusionis est causa. Nam priusquam peccassent nudi erant, & non confundebantur uir & foemina. Corporibus ergo illis uitia detrahentur, natura seruabitur. Non est autem uitium sexus foemineus, sed natura, quae tunc quidem à concubitu & à partu immunis erit. Quibus ita à praedicto uiro digestis, erit (ut praceptor noster sacer Eugenius docet) tanta ac talis glorificati corporis pulchritudo, & ut oblectet intuitum & cor

Mat. 22.

Uita de  
prehent  
corpori  
bus non  
natus.

nullate



## LIBER III.

Nullatenus inflectat ad uitium.

¶ Quòd nulla resurgentes cibi ac potus cura sollicitet.  
 Cap. XXV.

**E**fficitatem cibi aut potus natura nostra, quàm diu corruptibili in hoc subest corpore, patitur, cui merito corruptionis ac mortalitatis suæ languidæ, eadē uelut quædam medicamenta præbentur. Cum aut facta fuerit resurrectio corporis, insumendi ibi cibi aut potus necessitas nulla erit, quæ corruptioni tantum in hac uita tribuitur, non incorruptioni uel immortalitati quæ post hanc uitā est futura. Veteri etenim (iuxta quod Iulianus Pomerius ait) omni corruptione ac mortalitate consumpta, non ibi erit ulla carnis infirmitas, sed natura. Hic ergo quia potest caro mori, cibo aut potu iuuanda est, ne morti succumbat, in illa autem uita ubi mori non poterit, nihil requireret alimoniam, quia immortalem nec fames potest nec sitis occidere.

¶ Quòd si nobis e contrario illud obijcitur, quod post resurrectionem dominus cum suis discipulis manducasse perhibetur, & ob hoc exemplo eius resurgentes commessuri credantur. Manducauit plane (ait idem doctor Iulianus) dominus noster, non indigentia sed potentia, nec ut infirmitati carnis suæ consulere, sed ut in uera carne se dubitantibus resurrexisse monstraret, quia utique si spiritus esset sicut tunc putabatur, aliquid carnalis cibi non sumeret. Sumpsit autem, ut & confirmaret eorum fidem quæ coeperat fluctuare, & sibi non facultatem sed necessitatem manducandi ostenderet defuisse.

¶ Quòd carnalibus indumentis natura nostra non egeat.  
 Cap. XXVI.

**P**urimorum doctorum sententijs diffinitum esse non ambigo, quòd in resurrectionis illius ultimæ gloria non sint corporibus necessaria tegumenta, ubi nec infirmitas ulla erit, unde possit caro

K 2 incorru

*Hic cibo egenus non illic*

*Cur dicitur post resurrectionem comedere.*

*Luce, 24.*

*Falsa opinio de tegumentis*



PROGNOST. IULIA.

incorruptibilis & immortalis occidi, nec aliquod peccatū,  
 de quo cogatur anima beata cōfundi, in tm̄ ut maiores no-  
 stri diffiniant eos qui talia credunt. i. qui dicunt resuscitados  
 uestimentis egere, omnia bona q̄ dicuntur futura, eosdem  
 posse non credere. Et tm̄ si erunt ibi ut quidā causantur que-  
 dam tegumēta uelaminū, utiq; incorruptibilia corpora in-  
 corruptibilibus uestimentis utentur, iuxta qd̄ Iuli. Pomeri-  
 us ait. Si caro nostra non gñe sed qualitate mutata, nec spiri-  
 tus sed spiritalis effecta carnalia non requiret, aut nulla in re-  
 surrectione uestimenta erunt, aut si erunt, incorruptibilium  
 corporū prorsus incorruptibilia credi dñt, que sic sanctos ue-  
 stiant, ut nulla eos sui sollicitudine in illius futuræ beatitudi-  
 nis securitate distendant. Aut forstran illius gñis indument  
 ta futura sunt, qualibus se indutū propheta sub Ecclesiæ ty-  
 po gratulatur & dicit: Quia induit me uestimēto salutis, &  
 indumento iustitiæ circumdedit me. Vestimentum salutis,  
 ad carnem. Indumentum uero iustitiæ, ad animam referēs.  
 Item, sequitur idem doctor, Quod si ita est, & si cōcedatur  
 resurgentes uestimentis usuros, nec talia illis erūt, qualia fu-  
 isse leguntur Israēlitica uestimenta, quia quāuis in quadra-  
 ginta annos diuina uoluntate seruata sint, tm̄ solita uetusta-  
 te consumpta sunt. Nec qualia fuerunt, in quibus Moyses  
 & Helias in monte cum dño uel sancti angeli uisi sunt, quæ  
 & ipsa in nihilum, de quo erant pro tempore sumpta, solu-  
 ta sunt, sed forte talia erunt, qualibus dñs resurgēs uestitus  
 apparuit, si tm̄ & illa non fuerunt ad tempus propter usus  
 humanos assumpta, sed propria, quō sibi erunt, quæcumq;  
 uel qualisacumq; fuerint, spiritalium corporū spiritalia erūt.  
 Ac sic & si nudi non erunt, tm̄ spirituales carnalibus nō ege-  
 bunt. Hæc siquidem Iulianus Pome. Caterum plurimorū  
 doctorū euidens diffinitio, iuxta qd̄ & clara preceptoris no-  
 stri sententia contestatur, hoc astruit, q̄ in illa futuræ resur-  
 rectionis gloria, ubi nulla corporibus sanctis deformitas,  
 nulla quoq; doloris aut laboris erit aduersitas, nō sit quoq;  
 regni

Si erunt  
 ibi uesti-  
 menta /  
 erunt in-  
 corrupti-  
 bilis.  
 Esai. 61.

Deute. 32.

Mat. 17.  
 Mar. 61.

Qualia  
 vestimen-  
 ta habet  
 Christus  
 resurgēs.

f. Eugenij to-  
 losanij eps.



LIB. TERTIVS.

tegrum necessarius usus, quibus erit omnia & in omni-  
bus Christus.

Coloss. 3

¶ De abortiuis infantibus, & quia ex quo incipit ho-  
mo uiuere in utero matris, extunc pertineat ad resur-  
rectionem. Cap. XXVII.

I potest certum haberi, quando incipiat hō in mris  
s utero uiuere, ex tunc ueraciter diffiniri potest, q̄ &  
mori utiq; potuisset, sicq; eum qui uitam habuit &  
mori potuit, resurrectionis tpe reparari. Nam B. Augustin.  
hanc quæstionem non tã differens q̄ proponens, inter cete-  
ra sic ait, Ex quo incipit homo uiuere, ex illo utiq; mori p̄t.  
Mortuus uero ubicunq; illi mors potuit euenire, quō ad re-  
surrectionē non pertineat mortuorū, reperire non possum.  
Iulianus quoq; Pome. ait: Sane illi qui proiciantur ex ute-  
ro, resurrecturi sunt si uixerint, non iudicandi, sed puniendi,  
quia cum essent Adæ dānatione damnati, non sunt suæ da-  
mnationis nexibus absoluti. Et tñ siue in utero siue iam na-  
ti, uita priuentur infantes, in ea resurrecturi creduntur a ta-  
te, ad quam profecto essent si uiuerent annis procedentib;  
peruenturi, quia si naturā resurrectio reparabit, aliquid de-  
esse plenitudini naturæ non poterit.

Abortiu  
si uixit et  
mortuus  
est, utiq;  
resurget.

Infans  
nō bñ  
p̄t̄zati /  
punitur

¶ Qualiter resurgant qui cum maiore uel minore  
membrorum numero, uel qui cum duobus corporis  
bus & uno capite, uel etiam cetero monstruoso gñe  
nasci dicunt, uel nati phibentur. Cap. XXVIII.

E hac quæstione ita beatiss. Augu. eloquitur. Neq;  
d enim (ait) monstra quæ nascuntur & uiuunt, q̄libet  
cito moriantur aut resurrectura negabuntur, aut ita  
resurrectura credenda sunt, ac nō potius correctā emenda-  
taq; natura. Absit enim ut illum bimembrem, qui nuper na-  
tus est in oriente, de quo fratres fidelissimi q̄ eum uiderint  
retulerunt, & sanctæ memorię Hierony. scriptum reliquit:  
absit inquam, ut unū hominem duplicem ac nō potius du-  
os, quod futurū fuerat si gemini nascerentur, resurrecturos

Augu. in  
Enchirid  
cap. 37.  
Natura  
in mon-  
stris per  
resurrecti-  
onem cor-  
rigetur et  
integra &  
bitur.

K 3 existis



## PROGNOST. IULIANI

existimemus, ita cætera, quæ singuli quicq; partus uel ampli-  
 us uel minus aliquid habendo, uel quadam nimia deformi-  
 tate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram resur-  
 rectione reuocabunt, ita ut singulæ animæ singula sua cor-  
 pora obtineant, nullis coherentibus etiam quæ cuncq; cohæ-  
 rentia nata fuerant, sed seorsum sibi singulis sua membra ge-  
 stantibus, quibus humani corporis completur integritas.  
 Iulianus quoq; Pomerius prædicti doctoris sententiam se-  
 quens ait. Illud etiam sic mihi uidetur intelligi, ut caro nos-  
 tra, siue cum minore membrorum numero, siue cum am-  
 pliore nascatur, cum membris solitis & congruentibus suo  
 integritate resurgat, quia tam in eis quæ minus, quàm in  
 eis quæ amplius fuerint debilitas est, quæ hic quidem uide-  
 tur naturæ contraria, sed in futura reparatione corporis no-  
 stri sicut corruptio uel mortalitas, sic & ipsa creditur aufe-  
 renda, ut natura carnis nostræ resurgat suis omnibus parti-  
 bus tota, & sine ulla imminutione uel adiectione membro-  
 rum, secundum modum formæ suæ perfecta. Corpora  
quoq; siue duo cum capite uno nascantur, siue unum cum  
duobus capitibus corpus, quamuis modus, quo hæc fiant,  
 nobis & præcipue mihi habeatur incertus, tamen unde cer-  
 tus sum sine ulla ambiguitate pronuncio, quod aut duo cor-  
 pora resurgant cum suis capitibus, si in eis duæ nata sint ani-  
 mæ, quoniam negari non potest, singulas quasq; animas sin-  
 gula corpora quæ amiserant immortaliter recepturas. Aut  
 si una anima nascitur, siue in uno corpore & duobus capi-  
 tibus, siue in duobus corporibus & capite uno nascatur,  
 unum recipiat corpus. Ac per hoc natura carnis nostræ si-  
 ue amittendo quod ei superfuit, siue recipiendo quod defu-  
 it, in suam plenitudinem reformata, sicut sine ulla corruptio-  
 ne, ita sine ulla infirmitate, spiritui suo immortaliter adhæ-  
 rebit

¶ Quod hi, qui nunc à bestijs comeduntur aut diuer-  
 sa laniatione truncantur, resurgentes integritatem  
 corporis

Febro  
 tū iustus  
 erit nū  
 merus.

Pulchra  
 resolutio  
 Iuliani  
 Pome. de  
 monstris



LIB. TERTIVS.

corporis obtinebunt. Cap. XXIX.

Non perit deo (ait sanctus Augustinus) terrena materia, de qua mortalium creetur caro, sed in quemlibet pulverem cineremque solvatur, in quoslibet habitus aurasque diffugiat, in quamcumque aliorum corporum substantiam uel in ipsa elementa uertatur, in quorumcunque animalium aut etiam hominum cibum cedat, carnemque mutetur, illi animae humanae in puncto temporis redit, quae illam primitus, ut homo fieret, cresceret, uiueret, animauit. Hanc quoque quaestionem beatus Gregorius in suis tractatibus proponens, pariterque exponens ait. Saepe quidam obijcere inanem quaestiuunculam solent, qua dicunt. Carnem hominis lupus comedit, lupum leo deuorauit, leo moriens ad puluerem redijt, cum puluis ille suscitatur, quomodo caro hominis a lupi & leonis carne diuiditur. Quibus quid respondere aliud debemus, nisi ut prius cogitent qualiter in hunc mundum uenerint, & tunc inuentent qualiter resurgant. Certe tu homo qui loqueris, aliquando in matris utero spuma sanguinis fuisti. Ibi quippe de patris semine & matris sanguine paruus ac liquidus globus eras. Dic rogo si nosti, qualiter ille humor seminis in ossibus duruit, qualiter in medullis liquidus remansit, qualiter in neruis solidatus est, qualiter in carnibus creuit, qualiter in cute extensus est, qualiter in capillis & unguibus distinctus, ita ut capilli molliores carnibus, & ungues essent teneriores ossibus, carnibus duriores. Si igitur tot & tanta ex uno semine & per species distincta sunt, & tamen in forma remanent coniuncta, quid mirum si possit omnipotens deus in illa resurrectione mortuorum carnem hominis distinguere a carne bestiarum, ut unus idemque puluis & non surgat in quantum puluis lupi & leonis est, & tamen resurgat in quantum puluis est hominis.

Augu. de  
ciuit. dei.  
li. 22. c. 124

Gregor.

Forma  
tio homi-  
nis in  
utero.

Quodd.



PROGNO. IULIANI

¶ Quod qui de hac uita debiles exierunt, cū integris membris in resurrectione futuri sunt. Cap. XXX.

I quis debilis corpore truncatus contractusq; de hac uita exierit, non dubiū, q̄ debita integritate mēbroꝝ possit resurrectionis tempore reparari, ut q̄

quid in illo aut infirmitas turpe, aut aliena efficit crudelitas debile, ita hoc immortalitatis pulchritudo reformet, ut nec superflua indecora, nec detracta uideant̄ esse ibi deformia. Ita enim ex hoc ait sanctiss. August. Non est macris pinguisq; metuendum, ne ibi tales etiam sint, quales si possent nec hic esse uoluissent. Omnis enim corporis pulchritudo, est partium congruentia, cū quadam coloris sui suauitate. Vbi autem non est partium congruentia, aut ideo quid offendit, quia prauum est, aut ideo quia paruū, aut ideo quia nimium. Proinde nulla erit deformitas quam facit incongruentia partium, Vbi & quæ praua sunt corrigentur, & quod minus est q̄ decet, unde creator nouit inde supplebitur: & quod plus est quā decet, materie seruata integritate detrahetur. Huius ergo doctoris prudētissima diffinitione instructi, restat ut & illos, quos cum senis digitis manūū & pedū nostris oculis inspeximus, non cum ea deformitate resurcturos esse credamus, sed corporis integritate seruata, cum eo digitorū numero illos esse futuros, qui corporalem partium congruentiam seruat. Congruentiam enim corporaliū partium dico, sicut debito nascendi ordine agitur, ut in unoquoq; homine duo sint oculi, duæ aures, quinque digitū manuum, quini quoq; etiam pedum digitū habeantur, nulla numerositate adiecta uel minorata, quæ informitatē inferat partium. sic tamē ut nil credatur de corpore periturum. Dicit enim S. Augustin. Neq; hoc dixerim q̄ aliquid existimem corpori cuiq; periturum, quod naturaliter inerat, sed quod deforme natum fuerat.

¶ Vtrum in resurrectione quicquid unguibus uel capillis per tonsuram uel sectionem detractum est, reintegrari

Augu. de  
ciuit. dei.  
li. 22. c. 19.  
Quid  
pulchritudo cor  
poris.

Sent di  
giti ma  
nuū et pe  
dū ibi nō  
erunt.



LIB. TERTIVS.

reintegrari credatur.

Cap. XXXI.

It ex hoc beatiff. Augusti. Ipsa itaq; terrena materi

a es, quæ discedente anima fit cadauer, non ita resur

rectione reparabitur, ut ea quæ dislabuntur & in ali

as atq; alias aliar; rer; species formasq; uertuntur, quàmuis ad corpus redeant unde dislapfa sunt, ad easdem quoq; corpore partes ubi fuerunt redire sit necesse. Alioquin si capillus capitis redit, quod tam crebro tonsura detrahit, si unguibus quod totiens dempsit exectio, immoderata & indecens cogitantibus & ideo resurrectionem carnis non credentibus, occurrit deformitas. Ergo ut idem doctor in alio suo opere ait. Si capilli totiens tonfi, ungue sue defecti ad sua loca redeunt, cum deformitate non redibunt, nec tñ cuiq; resurgenti peribunt, qui in eandem carnem, ut quæcunq; ibi locum corporis teneant, seruata partium congruentia, materiæ mutabilitate uertentur. Quàmuis (qd ait dñs) capillus de capite uestro non peribit, non de longitudine sed de numero capillor; dictum multo aptius possit intelligi. Vnde & alibi dicit. Capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Item idẽ doctor similitudinem pio hac quæstione adhibens dicit. Quid iam respõdeam de capillis aut unguibus. Semel quippe intelligo, ita nihil periturum esse de corpore, ut deforme nihil sit in corpore. Simul intelligitur ea quæ formæ factura fuerant enormitatem, massæ ipsi accessura esse, nõ locis in quibus membror; forma turpetur. Velut si de limo uas fieret quod rursus in eundem limũ redactũ, totũ de toto iter; fieret, non esset necesse ut illa pars limi quæ in massa fuerat, ad massam rediret, aut quæ fundũ fecerat ipsa rursus faceret fundũ, dũ tamen totũ reuerteretur in totũ. i. totus ille limus in totũ uas, nulla sui perdita parte remanente. Sic ergo (ut idem doctor ait) non attinebit ad corporis reintegrationẽ, utrũ capilli ad capillos redeãt, aut ungues ad ungues, an quod quid eor; perierat mutẽ in carnem & in partes alias corpis reuocẽt, curante artificis prouidẽtia ne quid fiat indecens.

L Qualiter

Curioso  
sitas su  
peruacua  
Augu. in  
Enchir.  
cap. 89.

Linc. 216

Mat. 10  
Augu. de  
cinit. des.  
ll. 22. c. 190



PROGNOSTIC. IULIANI

¶ Qualiter resurgant qui de massa perditionis nequaquam sunt discreti. Cap. XXXII.

Augu. in  
ench. c. 92

Vicunq; (ait beatiss. Augustin.) ab illa perditionis  
q massa, quae facta est per hominem primū, non libe-

rantur per unū mediatorem dei & hominū, resur-  
gent quidem etiā ipsi unusquisq; cū sua carne, sed ut cū dia-  
bolo eiusq; angelis puniantur. Vtrum sane ipsi cū vitijs &  
deformitatibus suorū corporū resurgant, quicunq; in eis vitiosa & deformia membra gestarunt, in requirendo labore quid opus est: Neq; enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo uel pulchritudo, quorum erit certa & sempiterna damnatio. Nec moueat quempiam quomodo erit in eis corpus incorruptibile si dolere poterit, aut quomodo corruptibile si mori non poterit. Non est enim uera uita, nisi ubi faeliciter uiuūt, nec uera incorruptio nisi ubi salus nullo dolore corrumpitur. Vbi autem infelix mori non finit, ut ita dicam, mors ipsa non moritur, & ubi dolor perpetuus nō interimit sed affligit, ipsa corruptio non finitur. Hæc in sacris scripturis, secunda mors dicitur.

Corpus  
incorruptibile etiam in  
vāuitis.

¶ De ordine futuri iudicij. Cap. XXXIII.

Sicut alios esse diximus, qui cū Christo iudices con-  
s sedebunt, ita alij esse credendi sunt, qui eorum con-  
s sedentium examine iudicentur. Dicitur enim sunt dif-

Quatuor  
ordines  
hominū  
in iudi-  
cio  
extremo.  
Mat. 19.

ferentiae ut in iudicio ordines hominum collectorum, hoc est, electorum & reproborum, qui tamen in quatuor diuiduntur. Perfectorum ordo est unus qui cum domino iudicabit, de quibus dominus ait: Sedebitis & uos super sedes decem &c. hi non iudicantur sed regnant. Alius quoq; ordo est electorum, quibus dicitur: E u i ui, & dedistis mihi manducare, hi iudicantur & regnant. Iterum reproborum ordines duo sunt, Vnus eorum qui extra ecclesiam inuenti sunt, hi non iudicabuntur sed pereunt. De quibus etiam Psalmista ait: Non resurgent impij in iudicio. Alter quoq; ordo reproborū est eorum qui iudicabuntur & peribunt.

Ibid. 25.

psalm. 1.



LIBER III.

bunt. De quibus dicitur: Esurivi & non dedistis mihi manducare, ite maledicti in ignem æternum.

¶ De bonorum malorumq; separatione.

Cap. XXXIII.

e Cce ait Psalmista: Aduocauit cœlum sursum, & terram, ut discerneret populum suum. Quid est quod dicit discerneret populum suum, nisi per iudicium separare bonos à malis, tãquam oues ab hœdis. Nam oues tunc statuet à dextris, hœdos autem à sinistris.

Psal. 49.

Mat. 25.

¶ Quod ipsa separatio resurgentium per angelos fiat.

Cap. XXXV.

b Onorum malorumq; direptio siue etiã separatio per angelos impleri posse credenda est. Nam cum Psalmista diceret: Aduocauit cœlum sursum, & terram ut discerneret populum suũ, quod dixit discernere populum suum, ad bonorum malorumq; pertinet separationem. Et statim subiicit: Congregate illi sanctos eius. Quibus enim dictum est, congregate illi sanctos eius, nisi utiq; angelis: Sic enim sanctus Augustin. in hoc loco dicit: Conuersio sermonis facta est ad angelos, quum propheta diceret, congregate illi sanctos eius. Profecto enim per angelicum ministerium res tanta peragenda est.

Hoc idem dicit ipse dñs manifeste. Mat. 13.

¶ Quod separatis in dexteram partem bonis, in sinistram uero reprobis, libri aperti erunt, id est, conscientie singulorum.

Cap. XXXVI.

s Separatis igitur per angelica ministeria bonis à malis, & electis quidem à dextris, reprobis uero à sinistris astantibus, libri tunc aperti erunt, id est, conscientie singulorum. Iohannes enim Apòstolus dicit: Vidi mortuos magnos & pusillos, & aperti sunt libri, & alius liber apertus est, qui est uita unius

Apoc. 20

L 2 uscuiuscq;



PROGNO. IULIANI

ulcuiusq; & iudicati sunt mortui ex ipsis libror; scripturis  
 secundū facta sua. Libros uidelicet uolens intelligi oēs san-  
 ctos ueteris & noui testamenti, in quor; uita uelut in libris  
 cognoscimus quid facere debeamus. In isto autē libro de q̄  
 dicit, alius liber apertus est, qui uita est uniuscuiusq;, qd̄ bo-  
 ni quis fecisset siue nō fecisset, quasi in diuina uirtute cogno-  
 scitur. Qui liber, iuxta qd̄ S. August. ait. si carnaliter cogite-  
 tur, quis eius magnitudinem aut longitudinem ualeat aesti-  
 mare: **A**ut quanto tpe legi poterit liber, in quo scripte sunt  
 uniuersae uitae uniuersor;: **A**n tantus angelorū numerus,  
 quantus hominum erit, & uitā suā quisq; ab angelo sibi ad-  
 hibito audiet recitari. **N**on erit ergo unus liber omniū, sed  
singuli singulor; Scriptura uero ista unum uolens intelligi,  
 & alius (inquit) liber apertus est. Quaedam igitur uis intelli-  
 genda est diuina, qua fiet ut unicuiq; opera sua uel bona uel  
 mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mi-  
 ra celeritate cernantur, ut accuset uel excuset scientia consci-  
 entiam, atq; simul & oēs & singuli iudicentur. Quae nimis  
 rum uis diuina nomen libri accepit. In ea quippe quodam-  
 modo legitur, quicquid ea faciente recolitur. Tūc comme-  
 moraturus est electis suis dñs, q̄ in Euangelio cōmemoran-  
 da p̄dixit, ita prēmittens: Venite benedicti patris mei, possi-  
 dete p̄paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esuri-  
 ui enim, & dedistis mihi manducare: Hospes eram, & colle-  
 gistis: Nudus, & cooperuistis me: In carcere eram, & ueni-  
 stis ad me. **A** sinistra quoq; parte astantibus reprobis impu-  
 taturus est, q̄ ea non fecissent, quae in dextera parte astan-  
 tes fecisse cōmemorat. His sermonibus duobus dñi nostri  
 Iesu Christi finitis, uno quo electis quae bona egerint nume-  
 rantur, altero quo reprobis quod ea non fecerint imputa-  
 tur, ibunt impij ( ut ipsa ueritas dicit ) in supplicium aeter-  
 num, iusti autem in uitam aeternam.

¶ De auditu malo quem iusti non timebunt,

Cap. XXXVII.  
 Iudica

Liber/  
 uirtus  
 quod di-  
 uina per  
 quam sin-  
 guli sua  
 facta cer-  
 nunt.

Rom. 2.

Mat. 25.



LIB. TERTIVS.

Vdicatis ergo impijs atq; in aternū ignem missis,  
 i dicēte illis dño: Ite in ignem aternū, qui paratus est  
 diabolo & angelis eius. Ab hoc auditu malo iusti  
 penitus non timebunt, qui iam in dextera parte collocati  
 sunt. Au ditus em̄ malus hic intelligitur, quibus à dño ignis  
 perpetuus comminatur, à q̄ nos Christe tunc solita pietate  
eripias, & tibi capiti nostro congregandos ascribas.

¶ De præcipitatione diaboli & perditione malorum.

Cap. XXXVIII.

Anctus Iohan. ap̄lus præcipitationem diaboli in ignē  
 s eternū euidenter insinuat, dicens: Cum enim p̄mit-  
 teret dicens: Et iudicati sunt singuli secundū facta  
 sua, breuiter subiecit quemadmodum fuerint iudicati. Et  
 mors (inquit) & infernus missi sunt in stagnū ignis. His om̄i-  
 bus no minibus significans diabolum, qm̄ mortis est auctor  
 infernarumq; poenarū uniuersarumq; simul dæmonum so-  
 cietatū. Hoc est enim qd̄ supra euidentius præoccupando  
 iam dixerat, & diabolus qui seducebat eos, missus est in sta-  
 gnum ignis & sulphuris.

Apoc. 20.

Diabolo  
 dicitur  
 mors et  
 infernus.

¶ Qualis sit liber, de quo dicit apostolus Iohan. quod  
 omnes qui tunc non fuerint inuenti in libro uitæ scri-  
 pti, in stagnū ignis mittantur. Cap. XXXIX.

Crispit S. Iohannes in reuelatione sua inter cetera  
 s quæ de resurrectione narrauit, q̄ qui nō fuerint in-  
 uenti scripti in libro uitæ mittantur in stagnū ignis,  
 & hoc quidem dicens nō ait, deum pati obliuionē, ut quasi  
 libri huius recitatione possit quod nescit agnoscere. Sed li-  
 ber iste (iuxta quod S. August. ait) prædestinationem signi-  
 ficat eorū quibus aeterna uita donabitur. Neq; enim nescit  
 eos deus & in hoc libro legit ut sciat, sed potius ipsa eius p̄-  
 scientia de illis, quæ falli non potest, liber est uitæ, in quo  
 scripti sunt, id est, ante præcogniti.

Liber vi-  
 te dei præ-  
 destina-  
 tio est.  
 Apoc. 20.

¶ Quod in igne impiorum corpora durent absq; sui  
 consumptione.

Cap. XL.

L 3 Sanctus



## PROGNOST. IULIANI

Augu. de  
ciuit. dei.  
li. 21. c. 46

¶ **A**nctus Augustinus multis & varijs exemplorum  
generibus agens, id pro certo asseuerasse dinoscitur  
quòd impiorum corpora absq; sui consumptiõe &  
sempiternis ignibus ardeant, & ea ipsa corpora combustio  
ignium non consumat, quia & sempiterno igne ardebunt,  
& mori omnino non poterunt. Quid igitur idem doctor  
ait, ostendam unde conuincantur increduli, posse humana  
corpora animata atq; uiuentia, non solum nunq; morte dis-  
solui, sed in æternor; quoq; ignium durare tormentis. Item  
post aliqua dicit: Anima, cuius præsentia corpus uiuit & re-  
gitur, & dolorem pati potest, & mori non potest. **Ecce in-**  
**uenta est res,** quæ cum sensum doloris habeat, **immortalis**  
est. Hoc igitur erit tunc etiam in corporibus damnatorum,  
quod nunc esse scimus in animis omnium. Quod cū ita sit,  
quid adhuc à nobis (ait) rer; poscuntur exempla, quibus do-  
ceamur non esse incredibile, ut hominū corpora semper  
no supplicio punienda, & in igne animam non amittant, et  
sine detrimento ardeant, & sine interitu doleant.

¶ Quomodo dæmones futurus ille ignis exurat.

Cap. XLII.

Regum  
sum a  
milit.

¶ **V**r enim (ait S Augustin.) non dicamus quis miris  
c tñ ueris modis etiam spiritus incorporeos posse pce-  
na corporalis ignis affligi, si spūs etiam hominū ipsi  
perfecto incorporei, & nunc poterunt includi corporalib;  
membris, & tunc corpor; suor; uinculis insolubiliter alliga-  
ri. Item idem post aliqua. **A**ut uero gehenna illa (quæ etiam  
stagnum ignis & sulphuris dicta est) corporeus ignis erit, et  
cruciatib; corpora damnator; aut hominū & dæmonū, sed  
solida hominū & aërea dæmonū. **A**ut tñ hominū corpora  
cū spiritibus, dæmones aut spūs sine corporibus hæretes, su-  
mendo pœnam, non impartiendo uitam corporibus igni-  
bus. **V**nus quippe utriusq; ignis erit, sicut ueritas dicit.

Mat. 25.

¶ De diuersitate pœnarum pro diuersitate merito-  
rum,

Cap. XLIII.

Maxima



## LIB. TERTIVS.

**m** Itissima erit omnium pœna eorū, qui præter peccatum quod originale traxerunt, nullū in super addiderunt, & in cæteris quæ addiderūt, tanto quisq; ibi tolerabiliorem habebit damnationem, q̄to hic minorē habuit iniquitatē. Nam omnino negari non pōt, etiam ipsū æternum ignem pro diuersitate meritorū, quīs malorū, alijs leuiorem, alijs futurū esse grauiorem, siue ipsius uis atq; ardor pro pœna digna meritis cuiusq; uariet, siue ipse æqualiter ardeat, sed non æquali molestia sentiat.

¶ Contra eos qui scrupulosissime quærunt, qualis sit ille ignis futurus, uel in qua mundi parte haberi possit.

Cap. XLIII.

**m** Inorum scientia maiorum scientiæ comparata si temere non dicam, legnities quædam est appellanda.

Vnde q̄ maiores & studiosi se ignorare dixerunt, periculosum ualde est & superfluum, si quicq; aliud inde à nobis diffiniri ullo mō præsumatur, cum B. Augusti, de eo ipso futuro igne ita docēs dicere uideatur. Cum enim de futura damnatione impiorum præmitteret dicens, iudicatis quippe his qui non sunt scripti in libro uitæ, in æternū ignē missis, adiecit. Qui ignis cuiusmodi, & in qua mundi uel rerum parte futurus sit, hominum scire neminem arbitror, nisi forte cui spiritus diuinus ostendat.

¶ Quod post damnationem impiorum sequatur remuneratio electorum.

Cap. XLIIII.

Rdo uerborum promissionis dominicæ, quo dñm Christum & sanctis regnum & reprobis credimus daturum perhenne supplicium, ita se habet, ut præcurrat impiorum damnatio, & post sequatur remuneratio electorum, Christo domino prædicente. Ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam. In Apocalypsi quoq; seruatum hunc ordinem legimus, ubi signanter expressus est. Prius enim de diabolo ac suorum omnium pœna refertur, & dicitur: Mors & infernus missus est in

Qui mihi  
nimū pe  
ne habe  
bunt.

Non dñe  
iustiores  
temere  
diffinire/  
quod an  
ti qui non  
diffinies  
tunt.

V. uictoria in additio  
ad 3. p. q. 97. ar. 7.

Prius da  
mnatio  
impiorū.  
Postea  
us iusto  
rū remuneratio  
narratur  
Matt. 25



PROGNOST. IULIA.

Apoc. 20

est in stagnum ignis, & omnis qui non est inuētus scriptus in libro uitæ, missus est in stagnū ignis. Postmodum de sanctorum beatitudine futura subiungitur. Et uidi cælum nouum, & terram nouam. Quibus uerbis datur intelligi, quod iusto dei iudicio prius peccatoribus irrogetur supplicium, & postea sanctis æternorum tribuantur munera primorum.

Ibid. 21.

¶ Quod peracto iudicio transiet forma serui, in qua Christus iudicium agitabit, & sic tradet Christus regnum deo patri. Cap. XLV.

Quod forma serui transibit.

¶ Forma serui, in qua ad faciendum iudicium uidentis est Christus, iuxta quod maioris stilo præscribitur, peracto iudicio transiet, quam ad hoc præsentauerat, ut iudicium faceret. Transiet dictum est forma illa, non quod prætereat, sed quod de iudicio ad regnum transeat. Vt certe dominus nobis post iudicium transit, iuxta quod B. Gregori. dicit: quia ab humanitatis forma in diuinitatis suæ contemplationem nos eleuat. Et transire eius est in claritatis suæ speculationem nos ducere, cum eum, quem in humanitate in iudicio cernimus, etiam in diuinitate post iudicium uidebimus.

2. Cor. 15.

Iam uero post iudicium perget hinc, & ducet secum corpus cui caput est, & offeret regnum deo & patri. Quomodo est ergo traditurus regnum deo & patri, nisi cum uisionem deitatis suæ, in qua unus est cum patre, dilectoribus suis ostenderit? Et cum nos membra sua ad uisionem & cognitionem, qua cum patre & spiritu sancto æqualis creditur, manifeste perduxerit, tunc plene uidebitur forma illa dei ab electis, quæ uideri non potuit ab iniquis.

¶ De conflagratione ignis qua mundus iste interibit. Cap. XLVI.

Quod transibit hic mundus.

¶ Videnti maioris sententia diffinitur, quod peracto iudicio tunc esse desinet hoc cælum & hæc terra, quando incipiet esse cælum nouum & terra noua. Mutatione namque rerum, non omnino interitu transibit hic mundus. Tunc ergo figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione



LIB. TERTIVS.

gratione præteribit, sicut factum est, mundanarum aquarum mundatione diluuium. Illa itaque ut dixi conflagratione mundi, elementorum corruptibilium qualitates quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant, ut scilicet mundus in melius innouatus apte accomodetur hominibus etiam carne in melius innouatis.

¶ Quòd finito iudicio incipiat esse cælum nouum & terra noua. Cap. XLVII.

Tait beatissimus Augustinus, peracto finitoque iudicio tunc esse desinet hoc cælum & hæc terra, quæ incipiet esse cælum nouum & terra noua. Mutatione namque rerum, non omnino interitu transibit hic mundus. Vnde & Apostolus dicit Præterit enim figura huius mundi. Figura enim præteribit, non natura.

1. Cor. 7.

¶ Quòd in cælo nouo & terra noua non omnes resurgentes, sed tantum sancti futuri sunt.

Cap. XLVIII.

Vxta quod in quorundam codicibus legimus, Peccatores & impij quamuis resurgentes incorruptibiles & immortales sint, tamen in terra noua omnino non erunt, qui ab illa immutatione sanctorum prorsus alieni futuri sunt. Nam cum Apostolus dicat: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, resurrectionem omnibus generaliter insinuat esse futuram, immutationem uero tantum gloriæ sanctorum annumerat.

1. Cor. 15.

¶ Contra eos qui dicunt: Si post factum iudicij erit conflagratio mundi, ubi tunc esse poterunt sancti qui non contingantur flamma incendij. Cap. XLIX.

Anc quaestionem beatus Augustinus dissoluit ita:

h Quærat (ait) forsitan aliquis: Si post factum iudicium iste mundus ardebit, antequam pro illo cælum nouum & terra noua reponatur, eo ipso tempore conflagra-

M tionis



PROGNOST. IULIANI

Incendit  
um mundi  
sanctorum  
corporum  
bus non  
nocebit.

Dante, 3.

tionis eius ubi erunt sancti, quum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit: Possumus respondere futuros eos esse in superioribus partibus, quo ita non ascendat flamma illius incendij, quemadmodum nec unda diluuij. Talia quippe illius erunt corpora, ut illic sint ubi esse uouerint. Sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales atq; incorruptibiles facti, sicut uirorum trium corruptibilia corpora atq; mortalia in camino ardenti illesa uiuere poterunt.

Esai, 64.

Joha. 14.

Luc, 12.

De remuneratione sanctorum & regno, quum Christus praecingens se & transiens ministrauerit suis. Cap. L.

Emuneratio beatorum uisio dei erit, quae nobis ineffabile gaudium exhibebit. De hac ergo remuneratione (ut arbitror) propheta dicebat. Quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit dominus his qui diligunt eum. Ipsa quoque ueritas huius remunerationis loco uisionis suae manifestati onem ponens eamque dilectoribus suis promittens dicit: Qui diligit me, mandata mea seruabit: & qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi. Et enim secundum uerba ipsius sanctae ueritatis, tunc praecinget se & faciet nos discumbere, & transiens ministrabit nobis. Praecinget ergo se (ut beatus ait Gregorius) id est, ad retributionem praeparabit. Faciet nos discumbere, id est, in aeterna quiete refoueri. Discumbere quippe nostrum, in regno quiescere est. Transiens autem nobis dominus tunc ministrat, quia lucis suae illustratione nos faciat. Quod enim dictum est transit, quasi de iudicio ad regnum redit.

Quod mali tunc nesciant quid agatur in gaudio electorum, boni tamen sciant quid agatur in supplicio miserorum. Cap. LI. Qui



LIBER III.

Qui erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio  
 q̄ domini nesciēt: qui uero erunt in illo gaudio, quid  
 agatur foris in illis tenebris exterioribus sciēt. Ideo  
 dictum est per prophetam de sanctis. Egredientur & uide-  
 bunt membra hominum qui preuaricati sunt in me. Sed q̄  
 dixit egredientur, quasi per scientiam egressuri sunt, scilicet  
 quia eos etiam qui foris erunt ab eis, utiq; non latebunt. Si  
 enim hæc propheta nondum facta nosse potuerunt, pro  
 hoc quod erat deus quantulumcunq; in eorum mortalium  
 mentibus, quomodo immortales sancti iam facti tunc ne  
 scient, cum deus erit omnia in omnibus.

Esai. viii.

Rō/ are  
 sancti sci  
 ent et nō  
 damnati  
 Coloss. 3i

¶ Quod in isto corpore, in quo mō sumus, tunc por  
 tari & habitare possimus. Cap. LII.

Contra Platonicos qui dicūt humanum corpus cœ  
 los non posse ascendere, sanctus Augustinus libera  
 liter disputās hic diffinit, hoc etiam miris rationum  
 exemplis conuincit, quod corpora nostra immortalia post  
 resurrectionem effecta, cœlorum habitacula teneāt. Nam  
 utiq; post resurrectionem sanctis in carne promissa est cœ  
 lorum ascensio, dicēte ad patrem Christo. Volo ut ubi sum  
 ego, & ipsi sint mecum. Si enim membra corporis sumus,  
 & unus in se & in nobis est Christus, utiq; ubi ipse ascendit,  
 & nos ascensuri sumus.

Contra  
 Platonī  
 cos.

Joh. 17o

¶ Vtrum subtiliores tunc motus corporis habea  
 mus, an tales erunt sicuti modo habere uideamur.

Cap. LIII.

E motibus corporis sanctus Augustin⁹ diffinitam  
 d̄ ponere sententiā expauescens, sic ait: Qui motus  
 illic talium corporum sint futuri, diffinire non au  
 deo, quod excogitare non ualco. Tamen & motus & sta  
 tus, sicut ipsa species decens erit, quicunq; erit, ubi quod nō  
 decebit non erit. Certe ubi uoluerit spiritus, ibi erit protia  
 nus & corpus, nec uult aliquid spiritus, quod nec spiritum  
 possit dicere nec corpus.

Decet tbi  
 motus et  
 status.

M 2 ¶ Vtrum



## PROGNOST. IULIA.

¶ **U**trum per corporeos oculos istos, quibus nunc cernimus solem & lunam, uideatur tunc deus.

Cap. LIII.

**E** oculis istis corporeis sanctus Augustinus perspicaciter disputans, **U**trum per ipsos deum in futura uita uidere possimus, sic ait: **C**um ex me quaeritur (inquit) quid acturi sint oculi isti in illo corpore spirituali, non dico quod iam uideo sed dico quod credo, secundum illud quod in psalmo lego: Credidi propter quod loquutus sum. Dico itaque, **U**isuri sunt deum in isto corpore, sed utrum per ipsum sicut per corpus nunc uidemus solem & lunam, stellas, mare & terram, & quae sunt in ea, non parua quaestio est. **D**urum est enim dicere, quod sancti talia corpora tunc habebunt, ut non possint oculos claudere & aperire quum uolent, durius autem, quod ibi deum quisquis oculos clausit non uidebit. **A**bsit ergo ut dicamus sanctos in illa uita deum clausis oculis non uisuros, quem spiritu semper uidebunt. **S**ed utrum uidebunt deum per istos oculos corporis quum eos apertos habebunt, inde quaestio est. **S**i enim tantum poterunt in corpore spirituali, eo modo utique etiam ipsi oculi spirituales, quantum possunt isti, quales nunc habemus, proculdubio deus per eos uideri non poterit. **L**onge itaque alterius erunt ualentiae si per eos uidebitur incorporea illa natura, quae non continetur loco, sed ubique est tota. **Q**uamobrem, iuxta quod idem doctor affirmat, fieri potest, ualdeque credibile est, sic nos esse uisuros mundana tunc corpora, caeli noui & terrae nouae, ut deum ubique praesentem et uniuersa etiam corporalia gubernantem per corpora quae gestabimus, & quae conspiciemus quaqua uersus oculos duxerimus, clarissima perspicuitate uideamus, non sicut nunc inuisibilia dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur per speculum in enigmate ex parte, ubi plus in nobis ualet fides qua credimus, quam rerum corporalium species quas per oculos cernimus corporales. **S**ed sicut homines  
inter

Augu. de  
ciuit. dei/  
li. 22. c. 29.

psal. 115.

Sancti  
clausis  
oculis de  
um uideb  
re poter  
unt.

Dei ubi  
que praesentem  
uidebit  
mus.

Roma. 1.  
& Cor. 13.



LIB. TERTIVS.

inter quos uiuentes motusq; uitaes exercentes uiuimus, mox ut aspiciamus non credimus, uiuere, sed uidemus, cum eorum uitam sine corporibus uidere nequeamus, quam tamen in eis per corpora remota omni ambiguitate conspiciamus. Ita quacumq; spiritualia illa lumina corporum nostrorum circumferimus, incorporeum deum omnia regentem etiam per corpora contuebimur. Aut ergo sic per illos oculos uidebitur deus, ut aliquid habeant in tanta excellentia menti simile, quo & incorporea natura cernatur, quod ullis exemplis siue scripturarum testimonijs diuinarum uel difficile est uel impossibile ostendere. Aut quod intelligendum facilius est, ita deus nobis erit notus atq; conspicuus, ut uideatur spiritu a singulis nobis, uideatur in altero ab altero, uideatur in seipso, uideatur in caelo nouo & terra noua, atque in omni quae tunc fuerit creatura, uideatur: & per corpora in omni corpore quocumq; fuerint spiritualis corporis oculi acie perueniente directi. Patebunt etiam cogitationes nostrae inuicem nobis. Tunc enim implebitur quod cum Apostolus dixisset: Nolite ante tempus quicquam iudicare, mox addidit, donec ueniat dominus & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordium, & tunc laus erit unicuique a deo.

¶ Quod ea uisione, tunc deum uidebimus, qua nunc eum angeli uident.

Cap. LV.

Hristum dixisse in Euangelio legimus: Videte ne contempnatis unum de pusillis istis. Dico enim uobis, quia angeli eorum in caelis semper uident faciem patris mei, qui in caelis est. Sicut ergo illi uident, ita & nos uisuri sumus, sed nondum ita uidemus. Propter quod ait Apostolus: Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem Premium itaq; nostrae fidei nobis uisio ista seruetur, de qua & Iohannes apostolus loquitur: Cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Facies autem dei, manifestatio eius intelli-

M 3 genda

Quo per corporales oculos deum uidebimus.

Uidebimus & cogitationes inuicem in nouo caelo. 1. Cor. 4.

1. Matt. 5.

1. Cor. 13.

1. Joh. 3.

Quid facies dei.



PROGNOSTIC. IULIANI

genda est, non aliquod tale membrum quale nos habemus in corpore, quod utiq; isto nomine nuncupatur. Similes ergo tunc angelis erimus, quia sicut illi nunc uident, ita nos de um post resurrectionem uidebimus.

¶ Quod arbitrij libertate, multo plus firmiore quam in hac uita sancti omnes uisuri sunt, in quo tamen peccare non possunt. Cap. LVI.

Iberi arbitrij facultatem maiorem nobis in illa uita inesse, quam hic uniuersitas doctorum patenter insinuat. Nam si in hac uita (ut quidam ait) pleriq; uoluntate libera uiuunt, ubi & si peccata cauere possunt, tamen sine peccato esse non possunt, quomodo non ibi liberi animo erunt, ubi sic adhaesuri sunt deo suo, ut nulli possint obnoxiiari peccato? Tanto enim quis liberior fit, quanto absolutior a peccatis. Ac sic in illa uita beata eo liberae erunt, quo peccare non poterunt. Nam iuxta quod mihi uidetur, si aequalitas nobis promittitur angelorum, quoniam nobis tunc liberum non erit arbitrium, quo illi ad laudandum deum sine intermissione uertuntur. Quod tamen utrum in reprobis habeatur est fortasse ambiguum, quia iuxta haesitantis cuiusdam de hac quaestione sententiam, in illis qui alieni erunt a uita sanctorum, nescio an possit esse liberum utrumq; arbitrium, quibus in aeternam ultricū missis combustionem flammaram, nec animus nec corpus erit ullo modo liberum.

¶ Quod ibi tunc obliuionem pariter & recordationem habebimus. Cap. LVII.

Vantum attinet ad sciētiā rationabilem, memoriam unusquisq; praeteritorum malorum suorum erit, quantum autem ad experientis sensum, prorsus immemor erit. Nam & peritissimus medicus sicut arte sciuntur, omnes ferē morbos corporis nouit, sicut autem corpore sentiuntur, plurimos nescit, quos ipse non passus est. Vt ergo scientia malorum duae sunt, una qua potentiam mentis non latent,

Liberior tunc erit uoluntas nra quae nunc est.

Liberis arb. angelorum.

In dēna tis non erit liberum arb.

Pulchra ere npli de medici co.

Duplex scientia.



LIB. TERTIVS.

latent, altera qua experientis sensibus inheret. **A**lter quisque sciuntur omnia uitia per sapientiae doctrinam, aliter per insipientis pessimam uitam. Ita & obliuiones malorum duae sunt. **A**lter namque ea obliuiscitur eruditus & doctus, aliter expertus & passus. Ille si peritiam negligat, iste si miseria careat. **S**ecundum hanc obliuionem quae posteriore loco est posita, non erunt memores sancti praeteritorum malorum. Carebunt enim omnibus, ita ut penitus deleantur de sensibus eorum. Ea tamen ponam scientiaque tam magna in eis erit, quod non solum sua praeterita, sed etiam damnatorum eos sempiterna miseria non latebit. **A**lioquin si se fuisse miseris nescituri sunt, quomodo sicut ait Psalmista, misericordias domini cantabunt in aeternum?

Duplex  
item obli-  
uio.

Psalm. 103. Optime coelu-  
din

De diuersitate meritum premiorumque, in qua tamen nullus nulli sit inuisurus. **Cap. LVIII.**

**R**adus honorum atque gloriarum, qui in illa uita fueri sunt (ut ait sanctus Augustinus) quis est idoneus cogitare, quanto magis dicere? Quod tamen fueri sint non est ambigendum. Atque in id beata illa ciuitas magnum in se bonum uidebit, quod nulli superiori ullus inferior inuidebit, sicut nunc non inuidet archangelis angelis caeteri, tanquam uelit esse unusquisque quod non accipit, quamuis pacatissimo concordiae uinculo ei qui accipit obstrictus, quoniam nec in corpore uult oculus esse qui est digitus, cum membrum utrumque contineat, totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit bonum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat, ne uelit amplius.

Bonum  
ibi magis  
absque in-  
uidia ha-  
bebitur.

Quod infatigabiliter deum laudabunt sancti.

**Cap. LIX.**

**N** laudando deum non erit tunc a sanctis laboriosa ipsa laudatio, quia iuxta quod propheta de illis ait: **N**on laborabunt neque fatigabunt. **A**ternitatis enim beatitudine

Esai. 40.



## P R O G N O . I V L I A N I

beatitudine perfruuntur, ut hoc illis sit in remuneratione beatitudinis, quod indefesso ubi fuerint iubilo laudis. **Psalmus** enim dicit: **Beati** qui habitabunt in domo tua domine in seculum seculi laudabunt te. **Premium** ergo uirtutis erit ipse qui uirtutem dedit.

*Psalm. 29.*

¶ Quod sine fine deum uidebimus, & quod ipse sit finis desideriorum nostrorum. Cap. LX.

*1. Tess. 4.*

Iuxta quod **Apostolus** ait, cum domino semper erimus, certum est quod cum sine intermissione uidebimus. Finis igitur desideriorum nostrorum **Christus** tunc erit, qui sine fine uidebitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. **Hoc munus et hic affectus** hic actus profecto erit omnibus, sicut ipsa uita æterna, communis.

¶ Quod ipse deus tunc erit nobis in premium, & quod tunc honesta nostra desideria mirifice impleantur. Cap. LXI.

*Psalm. 48.  
Apoc. 21.*

**Et** ipsum nobis in premio daturum, quo nihil est aliud melius, repromisit ipse qui nos creauit. Quid enim est aliud quod per prophetam dixit: **Ero** illorum deus & ipsi erunt mihi plebs: ubi ego ero unde fatigatur, ego ero quæcunq; ab hominibus honeste desideratur, & uita, & salus, & uirtus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona: Sic enim & illud recte intelligitur, quod ait **Apostolus**: **Ut sit deus omnia in omnibus.**

*1. Cor. 15.*

¶ De fine sine fine, in quo deum laudabimus infinite. Cap. LXII.

*Magna  
sabbati  
in celo.*

**Finis** noster **Christus** perficiens nos, ipse erit & refectio & laudatio nostra, quem in secula seculorum laudabimus, & sine fine laudantes amabimus. Ibi erit (ut ait doctor sanctissimus **Augustinus**) uere maximum **Sabbatum**, non habens uesperum, quod commendans dominus in primis operibus mundi, ubi legitur: **Et reuicauit deus die septimo ab omnibus operibus quæ fecit.** Et benedixit

*Gene. 2.*



## LIB. TERTIVS.

Et benedixit deus diem septimum, & sanctificauit eam, quia in eo requieuit ab omnibus operibus suis. Dies enim septimus etiam nos ipsi erimus, quando eius fuerimus benedictione & sanctificatione pleni atq; perfecti. Ibi perficietur, uacate & uideate, quoniam ego sum deus. Tunc uero erit sabbatum nostrum, cuius finis non erit uespera, sed dominicus dies, uel octauus æternus, qui Christi resurrectione paratus est. Ibi uocabimus & uidebimus, uidebimus & amabimus, amabimus & laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine, Nā quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum cuius nullus est finis.

Dies septimus  
Nos erimus.  
Psal. 45.

EXPLICIT LIBER  
Prognosticorum,

# SANCTISSIMO

ET MIHI PRÆCÆTERIS  
peculiari domino Iuliano Toletanæ primæ sedis Episcopo, Idalio Barcinonensis Sedis Episcopo.

**R**ECORDATIONE PECCATORUM  
meorum pauidus, & memoria ingentium criminum usquequaq; perterritus, putaueram diuinas aures in meis penitus obturatas fuisse clamoribus, cum promissionis uestre minime perciperem opus. Et licet huiusmodi causa nunc diuersis per  
N

Desyderum pro  
missi operis.



EPISTOLA.

turbationibus agitur, nunc etiam optatae oportunitatis  
 euentu priuatus, aut (ut assolet) obliuione detentus, sugges-  
 tionibus meis ualefactionem alternas sanctitudinī uestrae  
 intulerim minime preces, fretus tamen saluatoris & redem-  
 ptoris nostri oraculo, quo discipulos sacrauit, dicendo: Si  
 duo ex uobis cōsenserint super terram, de omni re quam-  
 cunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in caelis est. Vestrae  
 quoq; promissionis fiducia uberrime fretus, fixum corde te-  
 nebam, quòd neq; ueritas mentiri ullatenus posset, neq; ue-  
 ritatis cultor atq; discipulus mendacis deseruiret. Expecta-  
 bam ergo sanctitudinis uestrae promissum, spem magnam  
 repositam habens in domino Iesu Christo, orabam tamen  
 & si non quottidie, certe saepe, ut idem qui ubiq; praesens est  
 cordi nostro inspirator adesset, & uotis nostris effectum  
 tandem praestaret. Nunc ergo, quia dominus memor fuit  
 mei, & uotorum meorum me compotem fecit, gaudio os  
 meum & linguam exultatione repleuit: quum & uos per  
 fectione sancti operis cumulauit, & me laboris uestri effe-  
 ctu ditauit. Dicam ergo illi cum exultatione mentis pro-  
 phetae sui uerbis: Benedictus deus, benedictus dominus, de  
 die in diem. Adueniens namq; quidam Iudaeus nomine res-  
 titutus, quasi brutum, ut ita dixerim, animal, materiam lu-  
 mini congruentem deportans, librum quem studiosa bre-  
 uitate, non solum ex antiquorum sanctorumq; patrum sen-  
 tentiis, uerum etiam inspirante & docente Christo, labore  
 ac studio proprio consumare & nostrae ineptiae sanctitudi-  
 nis uestrae prudentia mittere procurauit, gemellis manibus  
 obtulit. Quem auditate noscendi rapiens potius quam ac-  
 cipiens citissime pandi, titulumq; cōtra suspiciens, miratum  
 me esse fateor, cur tanti & tam praecleari mercimonij causa  
 tam infido & à cultu fidei alieno uestra sanctitas crediderit  
 baiulo. Sed ilico illa ratione imbutus, qua thesaurus fictili-  
 bus uasis committitur, praefato Iudaeo cur ea quae acceperat

Matth. 18.

Cogitatu  
 latto de  
 opore cōt  
 plero.

Psal. 67

Liber  
 per Jude  
 um alla  
 tus.



## E P I S T O L A.

rat illæsa detulerit, prius potius quàm uobis gratias egi, considerans ne forsitan immutatione dextræ altissimi ageretur, ut is qui caduca mercimonia uectare solitus erat, diuinis æternisq; mysterijs pararetur. Intellexi tamen in hac parte sancti & artificiosi cordis uestri humilitatem, quæ omne quod in dictis uestris uenustum nitens & purū existit, cum gratiarum actione referendo ad deum cuius uobis munere uenit, ingens & optimum reddit, uanam uero gloriam respuendo eo idipsum abiectum uidentium obtutibus ostendere nititur, quo uiliori gerulo hoc idem credidisse cernitur. Inspecto igitur præscripti codicis discussioq; uocabulo, nullum penitus aliud reperire ualui nomen eidem operi congruentius, nisi quòd ipse in principio sui uoluminis gestare uidetur. Appellatur enim prognosticon futuri seculi, quod latine præscientia futuri seculi dici non incongrue potest. In quo quidem quàmlibet primus liber quadam ex parte peccantibus asperitatem metumq; incutere uideatur. Duo tamen subsequentes libri maxima fiducia christicolarum releuant corda, ob spem futuræ resurrectionis & regni, quod se fidelibus Christus daturū promisit. Reliquum uero totius codicis corpus legendo transcurrens, repperi illud quod Iesus Christus dominus in Euangelio loquitur: Omnis scriba doctus in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro sua uetera & noua. Euidenter enim & dubia effugata & obscura in lucem producta sunt, quum & antiquorum patrum decreta & nouæ breuitatis indicia artificij uestri fructuoso labore ad mediū sunt deducta. Manet ergo ex illorum sententia ueritas, ex uestro autem labore noua & uerissima breuitas. Quicquid igitur ueraciter illi caste & sobrie in dei causis senserunt, est tibi commune cum illis, ad cuius notitiam doctrina domini hoc ipsum deduxit. Vestræ tamen sollicitudini tantūdem applaudit, quòd curiositate instante illorum

N 2 senten

Titulus  
huius  
operis.

*Prognosticon*

Commen-  
datio ope-  
ris.  
Matt. 13.



## EPISTOLA.

sententias in unum collectas, pigris & torpentibus contu-  
 gno relatu manifeste aperuit. Propter quod licet illi mini-  
 strauerint donante Christo materiam uestro, tamen operi  
 totius laboris astipulabitur summa. Nam & aurum quam-  
 libet originis ac naturæ suæ obtineat splendorem, cum per  
 formas aut etiam figurarum uarietates peritæ, deducitur  
 decenterq; politur, artificis ingenium non immerito præ-  
 dicatur. Huius rei exemplo permotus, ingenij efficaciam, q̄  
 diuina cordi uestro intulit gratia, insigneq; studium, quo  
 uos in causis Christi desudasse cognosco, at tollere laudibus  
 procurarem, aut quia ego nequeo, alios predicare precarer,  
 nisi quia id ipsum uobis displicere soleat cōscijs essem. Re-  
 stat ergo faciam, quod uestræ sanctitatis desiderat animæ.  
 Refert itaq; mea pusillitas imò mecum ecclesiæ uniuersitas,  
 ad cuius notitiam insignia operis uestri deduxit nostra te-  
 nuitas, immensæ & ineffabili trinitati, non quantas debet,  
 sed quantas ualet gratiarum copias, quia in fine temporum  
 aut penè (ut uerius dixerim) in consumatione mundi, effu-  
 dit in corde beatitudinis uestræ donum gratiæ suæ simul et  
 studium operis sancti, deditq; in ore uestro directum & be-  
 ne sonantem sermonem, quo & delinquentium corda ter-  
 rendo sonaret, & bonis operibus deditos, in sanctis actibus  
 confirmandos igni coelesti affatim animaret. Oramus de-  
 inde maiestatis supernæ profusissimam pietatem, ut in pre-  
 sulatu Ecclesiæ suæ ad illuminationem fidelium annos uir-  
 tæ uestre protelando conseruet: & ita donum gratiarum su-  
 arum, quod cordi uestro diffudit, exuberare cōcedat, ut ca-  
 tholicam plebem studiosis operibus doctrinisq; sanctimo-  
 niæ uestræ, bonorum omnium compotem reddat, proq; la-  
 boris uestri sancta instantia, post longissima uitæ huius spa-  
 cia, remissis iniquitatibus, relictisq; peccatis, cum sanctis &  
 electis suis cœlestia uobis ad possidendum regna concedat.

Sanctissimi

*Locus au-  
toris.*

*Gratia  
tū actio.*

*Precatio  
pro auto-  
re.*



SANCTISSIMO ET MIHI  
præ cæteris peculiari Domino Suitfreno Narbo-  
nensis primæ sedis Episcopo, Ydalius Barciæ . V.  
nolensis sedis Episcopus, Salutem.



PVS EGREGIVM, QVOD  
non solum ingenti labore, uerum etiam immen-  
so studio, ex antiquorum catholicorū patrum  
libris mirabili & noua breuitate beatissimus socius uester,  
Iulianus Toletanę primæ Sedis Episcopus, uolumine uno  
colligere atq; prognosticon futuri seculi appellare, & nos-  
træ tenuitati mittere procurauit, nobisq; importunitate  
laudabili uestra beatitas ardentissime demādauit, sanctitu-  
dini uestre quum deuotus effectus in hac ciuitacula, cui indig-  
nus præsideo, manibus gemellis offerre, per præsentem  
conseruulum meum illuc in sanctæ sublimitatis uestre Se-  
de præsentandum direxi, & ex huius agnitione, gaudiij uest-  
stri participes totius prouinciæ uestre præsules facti, con-  
spicere iubeant, quàm ingenti muneris lumine præscriptum  
socium uestrum, ad illuminationem ecclesiæ diuinitas sum-  
ma ditauit, & benedicant in commune dominum deum  
coeli, ex cuius largitate idem ipse socius uester hoc ipsum  
donum percipere meruit. Deinde trinitati diuinæ præstola-  
tionum suarum libamina fundant, quo & auctorem huius  
operis pro tanto labore diuinitatis gratia protegat, & nos-  
træ paruitalis peccamine diuina indulgentia delect, pro  
eo quod curauit nostra ignauia ad eorum deducere notici-  
am, unde spiritali fructu cor illorum exuberans fiat. Te  
quoq; precor Vernacule domine, ut pro meis abluēdis cri-  
minibus, assiduis diuinitatis potentiam adire iubeas preci-  
bus, ut ego, qui diuersis præmor miserijs, releuari merear  
orationis uestre remedijs. Ita gratiam domini nostri Iesu  
Christi sine fine uos possidere congaudeatis.

Evangelio  
tio pet  
tis.



¶ Correctorium :

**A**, primum, facie prima, uersu ult. ibiq; lege ubiq;. **A**. 2. fa. 1. linea 9. Quot. Ibid. lin. 17. libro. Ibid. lin. 20. reprehendi. Ibid. lin. 29. propugnatoris. Ibid. lin. 34. Milna. **A**. 3. fa. 1. lin. 5. Episcopo. **B**. 3. fac. 2. lin. 3. Quam tamen Ibid. lin. 14. retribuatur. **B**. 4. fa. 1. lin. 25. in re. **C**. 1. fac. 2. lin. 3. quam. **C**. 3. fa. 1. lin. 9. molesta. **D**. 4. fa. 1. lin. 8. perforatq;. **Lib**. 2. cap. 3. lin. 1. requiem patris, lege, requiem patris. **E**. 4. fa. 1. lin. 15. Cassiani. **F**. 1. fa. 2. lin. 27. siquis. **G**. 2. fa. 1. lin. 11. sinuntur.

¶ Impressum Lipsiæ, per Michaëlem Blum.

M. D. XXXVI







